SCHULTES (J. H.)

II.

DE NOSOCOMIIS QUIBUSDAM BELGICIS, BRITANNICIS, GALLICIS COMMENTARIOLUM.

DISSERTATIO INAUGURALIS,

QUAM

PRO SUMMIS IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORIBUS LEGITIME OBTINENDIS ERUDITORUM EXAMINI

SUBJICIT

JUL. HERMANN. SCHULTES,

VINDOBONENSIS, BAVARUS.

LANDISHUTHI BAVARORUM,

TYPIS FRANCISCI SERAPHI STORNO

MDCCCXXV.

Autumno elapso cum dilecto patre iter per Belgium, Britanniam et Galliam instituenti mihi Horti botanici et Nosocomia prae ceteris cordi erant. Quaedam, quae in his (illis nunc missis) adnotandi occasio mihi data fuit, hic exponere liceat, quâtenus nempe mortalitatem et oeconomiam eorumdem respiciunt: de methodo medendi in iis solita judicium proferre, nec decet tironem artis, quia nondum valet; nec, si valeret, deceret, quia fors aruspicem ridere videretur aruspex. Effectus alioquin ubique observatorem docent.

In itinere in Belgium nosocomium nostrum Herbipolitanum salutavimus, et insignes in eodem Professores artis medicae: DD. DD. *Textor*, *Schönlein* et *d'Outrepont*; Giessae omnium, quae non tantum in omni Germania, sed etiam in Belgio, Britannia et Gallia vidimus, elegantissimum et perfectissimum Lucinae fanum, curis cli. *Ritgen* sacrum; Marburgi doluimus absentem clm. *Busch*, et ingenium cli. *Bartels* sex tantum lectulis pro omni schola clinica dicatum; Gottingae veneravimus eximium, curis et peculio indefessi *Langenbeck* exstructum, institutum chirurgico - ophthalmologicum, scholam clinicam cli. *Himly*, et obstetriciam D[i] *C. Mende* ab *Osiander* creatam, sed, quod dolendum, non perfectam: superasset enim illam, quae nunc Giessae exstat. Trajecto feliciter deserto Germaniae, Monasteriensi nempe districtu, Trajectum ad Rhenum appulimus, ubi, feriis autumnalibus jamjam Augusto ingressis, scholas clinicas frustra adire tentavimus. Vidimus tamen magnum valetudini militum dicatum nosocomium: het Ryk's Gasthuis, curis D[i] *Onsenoort* commissum. In cubilibus 8 magnis, et pro 224 aegris paratis, aegros 147 inve-

nimus, e quibus 36[tus] fere fato obit; quod, si exhaustos terrâ marique aegros respicis, leve sane mortis tributum. Impensa in singulum aegrum 12 Stuiver (36 crucigeri rhenan. circiter) est per diem, quorum duo (Stuiver) in medicamenta *).

Cum Batavorum patria munditiei sedes jam ab olim fuerit, eandem et hîc omni studio coli mirum non est. Hospitium insanorum, in quo 50 circiter curantur, intrare nobis non licuit. *Amstelodami* vidimus nosocomium utrumque: illud quod in urbe situm est (Binnen-Gasthuis), et quod extra (Buiten-Gasthuis). In illo invenimus ultra 360 aegros **); mortuus hîc 1 e 60,83 spatio septimanae hujus, quod in nosocomio in medio urbis tam amplae et tot canalibus scatentis (quorum ille, qui ipsum nosocomium ambit, verus omnino Cocytus) mirum sane videtur. Neque nosocomium ipsum, neque cubilia, licet spatiosa, et batavo, i. e. summo omnino nitore servata, ad regulas hospitii sanioris ille, qui olim aedificavit, exstruxit. Tanto major medico nosocomio huic prospicienti, D. D. *Thyssen*, qui hippocraticum de aëre, aquis et locis Batavorum opusculum nuper edidit, gratia debetur. Mirum in nosocomio hocce, splendide ceterum instructo, pharmaca aegris non phialis vitreis, sed terreis amphoris ad lectos, undique tectos, apponi.

Puerperas et gravidas sub eodem tecto cum aegris omnis generis, licet in remotis cubilibus, habitare doluimus. De im-

---

*) Praecepta (Reglement), ad quae nosocomium hocce administratur, Hagae Comit. typ. fratr. Cleef impressa sunt.

**) Aderant nempe a 7a Augusti ad 13am:

					intrabant	exibant	mortui
Aegroti	sub medicis:	viri	71	177;	13;	6;	3.
		feminae	106		15;	5;	2.
	sub chirurgis:	viri	67	142;	6;	4;	—
		feminae	75		5;	3;	1.
	Gravidae:		22	. . . 46;	4;	3;	—
	Puerperae (*)		24				
				365.	43.	21.	6.

(*) Nati inde pueri 7, filiae 4.

pensis per capita aegrorum, horumque in nosocomio mora ratio nulla interrogantibus nobis data fuerat, nec hîc, nec in nosocomio extra urbem, in quo sub directione D. D. *von der Kolk*, Anatomici indefessi, idem fere numerus aegrorum *). Utinam et het Binnen-Gasthuis eodem situ gauderet elegante, et, quantum per depressam circa Amstelodamum terram fieri licuit, sano. Longe minorem in Buiten-huis mortuorum numerum (180^{mus}!) et natura morborum in eodem curatorum et situs nosocomii facile explicat. Est praeterea unius tantum septimanae mortalitas hîc notata. Munditiei cura ceterum eadem, quae in urbe: sane batava.

Eodem tempore, quo in nosocomiis hisce sepeliebantur 8, ex omni urbe 76 funera exportata sunt: 2 inveniebantur.

Rotterodami ante omnia nosocomium visitavimus, parvum aegrotorum numerum mirati: haud enim plures, quam 35 (feminas 12, viros 23) invenimus, quos inter syphilitici 14, e quibus viri tantum 2. Elegantiam et nitorem plus quam batavum non potuimus hîc non laudare. Et tamen nosocomium hoc, olim ditissimum, nunc ad inopiam fere redactum, licet navis quaeque hîc appulsa batillum frumenti eidem largiri legibus sit obstricta. Et tamen 25us hîc fere moritur, quod perditissima aqua Rotterodamensis facile explicabit, et situs urbis

*) Iisdem diebus:

Aegroti	sub medico:	viri	34	111;	intrabant:	5;	exibant:	3;	mortuus:	1.
		feminae	77		———	2;	———	6;	———	—
	sub chirurgo:	viri	26	29;	———	—	———	2;	———	—
		feminae	3		———	—	———	—	———	—
	morb. cutaneis. KleinHuis (*)	viri	28	69;	———	4;	———	3;	———	—
		feminae	41		———	2;	———	—	———	—
	Insani:	viri	49	152;	———	2;	———	—	———	—
		feminae	103		———	—	———	1;	———	1.
				361.		15.		15.		2.

(*) Hic quoque syphiliticis cura impenditur, quorum 12 mares, 15 feminas tantum deprehendimus; parvum sane pro tam magna urbe numerum.

alte depressus, non canalibus tantum, sed ipsis portubus in amplissimis suis foris foetentis. Nuper adhuc funera intra ipsos nosocomii muros sepeliebantur, nunc vero demum intra urbem. Impensa in aegrum singulum per diem 16 Stuiver (48 Crucig.) est, et Floreni 6 pro funere a nosocomio solvuntur pro pauperibus. Medici hujus nosocomii 6 sunt, quorum quivis per menses duos ejusdem curam gerit: Januario et Februario: Dr D. *Dalen;* et sic subsequentibus mensibus DD. DD. *van den Bos, Spieringshoek, Ockerskau, Mensing, van der Straal.* Administratores sunt: DD. *Ozy, Koetsveld, van Putten.* Inspectoris *van Duyl* humanitatem tam in nos, quam in aegros, non possumus laudare satis.

Insanorum etiam hospitium, Nosodochio vicinum, invisere voluimus: sed aberat die, quâ adfuimus, ille e directoribus, (*D. van Genep*), ad quem fuimus directi, ita ut spe frustrati (non licet enim visitare hanc domum sine permissione alterutrius e directoribus) abire coacti fuissemus. Numerus aegrotorum tunc in hac domo curatorum 79 erat.

Primum, quod in Britannia invisere nosocomium nos licuit, Norwicense fuit, in quod literae humanissimi Equitis aurat., *Jac. Ed. Smith*, Botanicorum facile principis, nos introducebant. Elegans sane aedificium, cujus, ut arridet externa facies, sic interior placet dispositio. Aegrorum cubilia et lectos non tantum nitore batavo, sed splendore britannico superfusos mirabamur, eô magis, quia haec omnia non principum aut gubernii, sed civium tantum peculio *) parata fuissent. Nescivimus enim tunc, per omnem Britanniam nosocomia civium tantum optimorum, nec gubernii, impensis existere, et bona piarum harum fundationum aeque, ac omnia alia in Britannia, gravibus esse vectigalibus obnoxia; administrari denique civibus, qui nullo pro curis suis stipendio gaudent.

---

*) Anonymus quidam huic nosocomio 1274 Lb. Sterl. dono dedit; humanissimus et liberrimus Th. Guil. Coke, Equ. aur. 100, D. Chapman bis 105, Jac. Dover 100, Jac. Elmer 100 Lb. etc. Comes Moutrath per legatum 2000, Guil. Fellowes 1000, Comes Vere 1000 Lb. etc.

A 31^{a} Octobris 1770., quâ nosocomium hocce fundatum fuerat, ad 28^{am} Decembris 1822., 132000 ℔ Sterling 14 Shillings, $3\,^{1}/_{2}$ Pence *) (Denarii) a civibus in aegrorum solatium hîc contribuebantur: hisque impensis ab 11^{a} Julii 1772., quâ aperiebatur, ad 28^{am} Decembris 1822., aegri 38871 sustentati fuere, e quibus sanati 26024; mortui 1746: unus e 22 fere. A 29^{a} Decembris 1821. ad 28^{am} Decembris 1822. recepit nosocomium 3488 ℔ Sterl. 19 Shill. 5 Den.; his 1661 aegrorum (614 in nosocomio ipso, reliquorum in domibus suis) curam gessit, e quibus mortui 27: unus e 61 fere, si omnes respicis; si vero illos tantum, qui in nosocomio, e quibus 26 mortui, unus e 23. In 7 aegris lithotomia instituta est **).

---

*) Lb. Sterling = 12 fl. monetae nostrae; Shilling = 36 Cruciger.; Penny (Denarius) = 3 Cruciger.

**) Cum amoenissima urbs haec, in sinu fere Britanniae posita, longe a metropoli distet, et in aegrum singulum $2\,^{1}/_{2}$ Lb. circiter impensae fuissent, interest pretium rerum, quibus nosocomium hocce hoc anno utebatur, particulatim nosse: unde etiam Diaeta nosocomiorum Britannicorum elucescet.

Carnis Lb. 11872 constabant	318	Lb. Sterl.	17	Shill.	2	Den.
Butyri Lb. 1685	90	—	4	—	5	—
Lactis 1379 Gallons 2 Pints (*)	66	—	0	—	5	—
Casei 4013 Lb.	116	—	7	—	3	—
Farinae 7168 Lb.	59	—	6	—	6	—
Panis et placentae	242	—	3	—	3	—
Condimenta praeter saccharum	56	—	19	—	4	—
Cerevisia	209	—	0	—	6	—
Vinum oportense etc.	61	—	0	—	4	—
Vinum generosum, Spiritus Vini . . .	6	—	11	—	6	—
Farina Avenae (53 Pecks) (**)	7	—	9	—	11	—
Olera fructusque horaei	23	—	11	—	6	—
Lithanthraces (cum purgatione caminorum et ligno pro accensu, quae 7 Lb. 3 Shill.) .	210	—	1	—	0	—
Candelae (767 Lb.)	25	—	4	—	$4\,^{1}/_{2}$	—
Oleum pro lampadibus (7 Gallons) . . .	1	—	5	—	$10\,^{1}/_{2}$	—
Sapo, Amylum, Maltum et pro lavand. linteis	73	—	11	—	$11\,^{1}/_{2}$	—
Cribra, scopae, vasa figulina, cupae . .	28	—	11	—	3	—
Typographo pro statutis, nuntiatione annua	82	—	5	—	6	—
Pro aegrorum barbis tondendis	11	—	1	—	1	—
Sabulum, quo solum inspergitur . . .	5	—	18	—	0	—
Ova	5	—	10	—	0	—

(*) 1 Gallon = 3,264 mensur. vindobon. 1 Pint = 12 unc.

(**) 1 Peck = 0,1433 Metzen vindobon.

Secundum nosocomium, quod in Britannia vidimus, Addenbrookense fuit, *Cantabrigiae* a D. D. Joh. *Addenbrooke* ao. 1719. 4009 ℔ Sterl. fundatum. Cum hacce summâ, nimis parvâ, nil boni praestari potuisset, ao. demum 1766., subscriptionibus aliis largius fluentibus, erectum fuit, et nunc, legato Di Joh. *Bowtell*, Bibliopegae, 8400 ℔ superveniente, in elegantissimum aedificium, quod palatium potius quam nosocomium refert, exstructum. Ab ao. 1766. ad annum usque 1824., 24684 aegri in nosocomio hocce curati fuere; anno elapso a

---

Impensae variae infirmar. primar. (Matronae)	12	Lb. Sterl.	1	Shill.	3	Den.
Funeralia	8	—	10	—	3	—
Materialia ad medicamenta pro pharmacopol.	361	—	3	—	1	—
Merces vecturae pro iisdem	6	—	4	—	4	—
Saccharum	0	—	16	—	0	—
Phialae vitreae et vasa figulina incrustata	12	—	15	—	2	—
Lintea coriaque pro deligatione	2	—	12	—	6	—
Instrumenta chirurg. et eorumdem conservatio	9	—	3	—	3	—
Cursori publico pro epistolis etc. . . .	3	—	14	—	4	—
Vectigal annuum pro aqua	10	—	10	—	0	—
Mobilia quaedam et lintea in usum nosocomii	101	—	7	—	6	—
Refectiones, dealbatio, tegulae etc. . .	210	—	0	—	0	—
Impensae pro festo anniversarii . . .	70	—	3	—	0	—
Aurichalcum et Stannum	31	—	1	—	6	—
Praestatio securitatis annua	1	—	16	—	0	—
Vectigal annuum pro fundo, in quo nosocomium exstructum est	6	—	0	—	0	—

Aedificium ipsum constructum fuerat a 31a Octobris 1770. ad 11am Julii 1772., impensis 16046 Lb. Sterl. 6 Shill. 10 1/4 Den., et supellectile necessariâ instructum 4644 Lb. Sterl. 2 Shill. 3 Den. Ao. 1822. fundus contiguus emtus est pretio 183 Lb. Sterl. 15 Shill. 6 Den.

Pharmacopola hujus nosocomii per annum 70 Lb. Sterl. pro stipendio habet; secretarius 50 Lb.; infirmaria primaria (Matrona dicta) 50 Lb., coqua 10 Lb. 10 Shill., femina pro lavandis linteis 9 Lb. 4 Shill.; ancilla in cameris 7 Lb. 7 Shill; in culina 6 Lb.; janitor 21 Lb.; puer tabellarius 7 Lb.; infirmariae extraordinariae 92 Lb. 3 Shill. 5 Den.; infirmariis decrepitis solvuntur 31 Lb. 6 Shill. 6 Den; hortulanus 2 Lb. 9 Den. lucratur.

Medici nosocomii hujus (qui sine stipendio aegrorum curam gerunt) sunt DD. DD. Wright, Evans, Yelloby; Chirurgi: DD. DD. Martineau, Bond, Dalrymple. Chirurgus assistens est D. Martineau jun. Pharmacopola: D. Hardy.

E quibus administrationis methodus luculenter apparebit. Audivimus Norvici nuper Hydrophobiam magnis dosibus Acetatis plumbi fuisse sanatam; serius in Annals of Philosophy, Septbr. 1824. p. 232 hunc casum descriptum legimus.

29° Septembris 1822. ad eundem 1923., 1390, quorum 525 in nosocomium recepti. Mortuus est ex omnibus simul sumtis, fere 73us; ex illis in nosocomio vero solis fere 47us. Summa impensae in aegros erat 1632 ℔ 7 Shill. 7 1/2 Den., e quibus pro oeconomia 723 ℔ 18 Shill. 1 Den., pharmacopolio 512 ℔ 6 Shill. 1 Den. Pro hirudinibus solis 17 ℔ 9 Shill. Singulus ergo aeger constabat 1 ℔ 4 Shill. circiter. Elegantiam fere majorem quam Norvici, et inprimis nitidissima balnea, in hoc nosocomio non sine reverentia quadam mirati sumus *).

Tertium nosocomium Radcliffense fuit *Oxonii* (Radcliffe-Infirmary), viri immortalis DD. *Radcliffe* egregium opus, qui non tantum infirmorum primus in hac universitate miseratus est (ao. 1759.), sed etiam amplissimum et speciosissimum observatorium astronomicum, locupletissimamque bibliothecam physico-medicam fundavit. Fundum 5 agrorum, in quo exstructum est nosocomium hocce, dedit *Thom. Rowney*, Equ. aur. Aperiebatur aegris primum ao. 1770., et ab hoc tempore subscriptionibus et dotationibus civium egregie cordatorum persistit. Anno elapso solis subscriptionibus tulit 1433 ℔ 15 Shill. 6 Den.; reditus vero in summa erat 5755 ℔ 11 Shill. 5 Den., e quibus 5033 ℔ 2 Shill. 8 1/2 Den. impensae, (quarum hoc anno 1960 ℔ perfidia pristini secretarii perdidit, 670 ℔ constructio novi pro febricitantibus cubilis consumsit.) Pro nutritione 1135 ℔ 18 Shill. 6 Den., pro medicamentis vero 356 ℔ 15 Shill. 8 Den. expendebantur, ita ut in 778 aegris, hoc anno in nosocomio curatis, victualia fere 1 1/2 ℔, medicamenta vero, (cum 232 extranei quoque fuissent curati) triente fere $℔^{ae}$ Sterling constarent pro singulo. Mortuus est ex aegris, in nosocomio ipso curatis, 27^{mus} fere **).

---

*) Medici, qui sine honorario aegrorum curam gerunt, sunt DD. DD. Thom. Jngle, J. Th. Woodhouse, Joh. Haviland, Prof.; Chirurgi: DD. DD. Car. Lesturgeon, Joh. Okes, Alex. Scott Abott. Pharmacopola: D. C. Dancer Yorke.

**) Medici, qui aegrorum hic curam gerunt, sunt: DD. DD. Mart. Wall, Rob. Bourne, Med. Prof., Georg. Williams, Prof. Bot., cujus humanitate in nosocomium hocce introducti fuimus; Joh. Kidd, Med. Prof.; Chirurgi: DD. DD. Guil. Tuckwell,

In nosocomiis his Medici et Chirurgi non in distinctis cubilibus suorum aegrorum curam gerunt, sed in omnibus omnes; ita ut praxis cujusvis per totum nosocomium sit dispersa. Spondae ubique e ferro, lecti ampli, et lintea stragulaque elegantissima, nitidissima. Summa puritatis aëris cura, cui et camini favent ipsi. Oxoniensi nec feminae gravidae, nec infantes, nisi septimo anno peracto (exceptis tamen illis, in quibus majores operationes chirurgicae instituendae), nec insani epilepticive, nec variolis aut aliis impetiginibus contagiosis pressi, nec scrofulis cancrove ullâ operatione sanando infecti, nec phthisici aut hydropici in stadio ultimo, nec moribundi aut insanabiles, nec syphilitici recipiuntur. In vicinia urbis Orientem versus in amoenissimo colli hospitium insanorum nunc exstruitur.

Nec in hac universitate, nec in cantabrigiensi studium Medicinae impensius colitur: primis enim Medicinae elementis libatis plerumque aut Edinburghum aut Londinum petunt Candidati hujus scientiae.

Reduces Londini nosocomia metropolis orbis britannici visitavimus, et quidem ante omnia:

N o s o c o m i u m Guyi, in quo Lib. Baro *Astley Cooper* Chirurgiam profitetur, vir, ut ingenio et doctrinâ summâque artis peritiâ et dexteritate eximius, sic candore animi et amabili humanitate in miseros pie venerandus ab omnibus, a nobis inprimis gratissimo animo colendus, cum suae in nos benignitati suaeque commendationi, quidquid ex arte nostra Londini vidissemus, debeamus.

Bibliopola *Guy* (Gey pronunciabis), qui modicâ, 200 tantum librarum, summâ quaestum inceperat, praeter multa in alia nosocomia beneficia, hocce s u u m exstrui curavit impensis 18793 ℔, idemque 219499 ℔ dotavit anno 1721. In splendido hoc aedificio 12 cubilia ampla 424 lectis mundissimis in-

structa

Georg. H i t c h i n g s, Guil. C l e o b u r e y, Car. W i n g f i e l d. Pharmacopola: D. Edw. H a g l e y. Medici e beneficio D. D. F r e w i n 70 Lb. 17 Shill. 6 Den. per annum lucrantur.

structa sunt. Nos in iisdem 3. Septembris vidimus 395 aegros (quos inter syphiliticos 54, quorum 35 feminae) et insanos (Lunaticks) 21, quibus aedificium elegans separatim dicatum est. Impensas diurnas in aegrum singulum *) e D° *Browell*, nosocomii hujus inspectore officiosissimo, cujus in nos humanitas nos ad publicas gratias obstrinxit, ediscere non potuimus; permisit vero sequentem nobis, e libris ipsius nosocomii, notare frequentiam et mortalitatem:

Anno	1818	intrabant	2555;	exibant	2303;	mortui	252;	unus e	10, 1.	
	1819	—	2683;	—	2430;	—	249;	—	10, 8.	
	1820	—	2638;	—	2384;	—	255;	—	10, 3.	
	1821	—	2772;	—	2523;	—	249;	—	11, 1.	
	1822	—	2843;	—	2585;	—	258;	—	11, 0.	
	1823	—	2735;	—	2474;	—	260;	—	10, 5.	**)

*) In mortuos scimus easdem: 20 Shill. pro funeralibus solvenda.

**) Medici hujus nosocomii sunt DD. DD. *Cholmeley*, *Back*, *Bright*, quorum curae 123 aegri tunc erant commissi; Chirurgi: Lib. Baro *Astley Cooper*, qui 69, D. *Aston Key*, qui 72, D. *Morgan*, qui 56 aegros curabat. Adest in hoc nosocomio, quod plerisque Medicinae Candidatis instar scholae clinicae inservit cum nosocomio St. Thomae, Bibliotheca ampla, laboratorium chymicum, theatrum et museum anatomicum etc. Qui domus hujus alumnus esse cupit in medicina, pro mensibus 6 solvat 10 Lb. 10 Shill.; pro mensibus 12 vero tantum 15 Lb. 15 Shill., et pro semper 22 Lb. 1 Sh., praeter 1 Lb. 1 Shill. pro pharmacopola, et Lb. 1 Shill. 2 pro inspectore. Alumnus Chirurgiae in hoc et St. Thomae nosocomio simul pro mensibus 6 Lb. 18 et totidem Shill.; pro 12 mensibus 25 Lb., 4 Shill., praeter Lb. 1 et 2 Shill. pro inspectore domus. Qui assistere vult in operationibus et deligationibus (dresser to the surgeons) solvat, pro mensibus 6, 31 Lb. 10 Shill.; pro 12 mensibus 50 Lb.; inspectori 1 Lb. 2 Sh. et secundo semestri 5 Shill. Praelectiones in medicinam practicam a DD. DD. *Cholmeley* et *Bright* ter in septimana habitae solvuntur in I. cursu 4 Lb. 4 Shill.; in II., 3 Lb. 3 Shill.; in III., 2 Lb. 2 Shill. Pro 2 cursibus simul, 6 Lb.; pro 3, 7 Lb. 7 Shill.; pro semper 8 Lb. 8 Sh. (*). Praelectiones in Theoriam Medicinae, i. e. Pathologiam, Therapiam et Materiam medicam a DD. DD. *Cholmeley* et *Addison* bis per septimanam; in cursu I., 3 Lb. 3 Shill.; in II., 2 Lb. 2 Shill.; pro semper 4 Lb. 4 Shill. Praelectiones in Chymiam theoreticam et practicam a DD. DD. *Allen* et *Bostock* et D. *Aiken* ter de septimana, (eodem pretio, quo praelectiones in Medicinam practicam). Prae-

(*) Etiam praelectiones clinicae hic, sed nescimus a quo et quo pretio, habentur.

Nosocomium St. Thomae vicinum est praecedenti. Fundatum esse dicunt a Petro de Rupibus, Wincastrensi episcopo (Winchester), postquam claustrum vicinum (Priory of St. Mary Overy) flammis ao. 1213. consumptum fuisset. Ante reformationem 40 hîc lecti pro pauperibus sternebantur; post reformationem Episcopus Evangelii, Ridley, sermone in praesentia regis Eduardi VI., adhucdum juvenis, habito, hunc ao. 1552. ad fundationem Hospitii Christi, Bridewell, et hujus nosocomii permovit, quod primum 1100 ℔ exstructum fuit eo tempore, quô „turbulentus ille sanctus Thomas a Becket, Canterburiensis, cui claustrum hoc olim dicatum erat, legitimo", ut Pennant ait, „sancto, Apostolo Thomae (cui nosocomium hoc sacrum est) denique cessit". Annis 1699. et 1732. auctum et amplificatum subscriptionibus et benefactoribus, quorum unus, Rob. Clayton, 2300 ℔ dedit, et serius adhuc 600 ℔ ad exstruendum splendidum hoc aedificium. Joh. Aldred ao. 1744. 4300 ℔, Johanna May ao. 1808. 3000 ℔, Lucia Price, virgo, 1400 ℔ etc. donavere. Reditus nosocomii hujus ultra

---

lectiones in Philosophiam experimentalem, i. e. Mechanicam, Hydrostaticam, Hydraulicam, Pneumaticam, Opticam, Electricitatem, Magnetismum et Astronomiam a DD. DD. *Allen* et *Millington*, (eodem pretio, quo praelectiones in Theoriam Medicinae). Praelectiones in medicam et practicam Botanicam habentur vere a D. *Bright*. Praelectiones in artem obstetriciam et mulierum infantumque morbos a D. *Blundell* quotidie. Cursus singulus 3 Lb. 3 Shill. constat; cursus II. 5 Lb. 5 Shill.; pro semper 10 Lb. 10 Shill. Pro partu singulo: 5 Sh. Praelectiones in Physiologiam a D. *Blundell* bis per septimanam pro cursu I., 2 Lb. 2 Shill., pro duobus vero et pro semper 3 Lb. 3 Shill. Praelectiones in Chirurgiam practicam a Lib. Bar. *Astley Cooper*, DD. DD. *Aston Key* et *Grey*, bis per septimanam in Theatro nosocomii St. Thomae, pro cursu singulo 3 Lb. 3 Shill., pro semper 5 Lb. 5 Shill. Praelectiones in Anatomiam et Operationes chirurgicas a L. Bar. *Astley Cooper* et DD. *Green* in Theatro nosocomii St. Thomae, pro cursu singulo 5 Lb. 5 Shill.; pro duobus 9 Lb. 9 Shill.; pro semper 10 Lb. 10 Shill. Pro sectionibus anatomicis 3 Lb. 3 Shill.; pro semper 10 Lb. 10 Shill. Praelectiones in structuram morbosque dentium habentur a D. Thom. *Bell*.

Mirorum et memorabilium casuum chirurgicorum, quos liberrimus Baro *Astley Cooper* nobis in hoc nosocomio in aegris suis monstrare dignatus est, longa nimis est series, quam ut hîc eosdem enumerare liceret.

10000 ℔ esse dicitur. Numerus cubilium 19 est (quorum 4 pro syphiliticis), lectorum 500 circiter. Matrona 19 sorores (sisters), infirmarias primarias, et 39 secundarias, nutrices (nurses) dictas inspicit *). Eâ, quâ nosocomium hocce visitavimus die, 457 aegri in eodem decumbebant: puri, ut aiunt, viri 226, purae feminae 118; polluti (foulmen) i. e. syphilitici 83, pollutae feminae 30 **). Medicamentorum impensa 7 $^1/_2$ Den. per diem pro singulo aegro circiter.

Museum anatomico-pathologicum eximium nosocomium hocce plurimis praeparatis e nosocomio divi *Guy* huc delatis

---

*) Medici, qui aegrorum in hoc nosocomio curam gerunt, sunt: DD. DD. *Williams*, *Scott*, *Elliotson*, *Roots* tanquam assistens; Chirurgi: DD. DD. *Green*, *Travers*, *Tyrell*; Pharmacopola: D. *Whitfield*, cui D. Rich. *Whitfield* assistit. Inspector nosocomii est D. *Nash*, cujus in nos humanitati publicas gratias agere debemus.

**) Numerus aegrorum in nosocomio St. Thomae erat:

Anno 1822: 11029 { intra nosocomium 2945
extra — — 7114.

193 inde mortui: unus e 57 $^1/_2$, si omnes aegros respicis, si vero illos intra nosocomium unus e 15 $^1/_2$.

Anno 1823: 10984 { intra nosocomium 2874
extra — — 7027.

248 inde mortui: unus e 44 fere, si omnes: si vero illos tantum, qui intra nosocomium: unus e 11, 6.

Tulimus in nosocomio hocce Schema sequens Diaetae, quod interest nosse:

Diaeta integra. (Full Diet.) *Quotidie.* 2 Lb. (Pints) Cerevisiae. 14 Unc. panis. *Jentaculum.* Farina aquae incocta (Watergruel.) *Prandium.* Die ☉. 1 $^1/_2$ L. bubulae assatae. ☽. Ut die ☉. ♂. Unc. 4 butyri vel 6 casei. ☿. $^1/_2$ Lb. carnis vervecinae elixae. ♃. Ut die ♂. ♀. $^1/_2$ Lb. carnis vervecinae assatae. ♄. Ut die ♂. *Coena.* 1 Lb. jusculi (broath.)

Diaeta lactea. *Quotidie.* 12 Unc. panis. *Jentaculum.* 1 Lb. lactis. *Prandium.* Die ☉. 1 Lb. lactis. ☽. Puls ex oryza. ♂. Ut die ☉. ☿. Ut die ☽. ♃. Ut die ☉. ♀. Ut die ☽. ♄. Ut die ☉. *Coena.* 1 Lb. lactis.

Diaeta sicca (Dry-Diet.) *Quotidie.* 14 Unc. panis. 2 Lb. Cerevisiae. *Jentaculum.* Farina aquae incocta. *Prandium.* Die ☉. 4 Unc. butyri. ☽. Puls ex oryza, vel 4 Unc. butyri. ♂. Ut die ☉. ☿. Ut die ☽. ♃. Ut die ☉. ♀. Ut die ☽. ♄. Ut die ☉. *Coena.* Nihil.

Diaeta febricitantium. *Quotidie.* 12 Unc. panis. *Jentaculum.* Farina aquae incocta. *Prandium.* Quotidie $^3/_4$ Libr. infusi bubulae (Beef for Tea.) *Coena.* Nihil.

exornat: in inferiore tabulatu solo hîc 1946 numeros numeravimus, quos describere annos plures consumeret et chartae fors camelorum onus. Theatrum anatomicum et operationibus chirurgicis dicatum elegantissimum hîc vidimus, laboratorium chymicum instructissimum, amplissimam denique oeconomiam; balnea e marmore, in quibus aqua non stagnat, sed rivo continuo alluit aegrum etc. D° D. *Green*, qui vernaculâ nostrâ linguâ benignissime nos excepit, omniaque in nosocomio suo nobis monstrari jussit, non possumus satis hîc pro sua in nos humanissimâ liberalitate publicas agere gratias.

Nosocomium St. Bartholomaei olim claustrum fuit, a quodam Rahère anno 1102. fundatum. Suppressis feliciter in Britannia sub reformatione Monachorum saginariis claustrum hocce ab Henrico VIII. civibus datum fuit, qui inde hospitium aegrorum construebant. Eâ, quâ nunc superbit, elegantiâ exstructum est sub Georgio II. anno 1730., D° Rich. Brocas, Equ., Hospitiorum praeside. Atria pinxit immortalis *Hogarth*, et iconem divi *Percival Pott*, qui per annos plurimos hujus nosocomii chirurgus fuit, insignis ille pictor, *Reynolds*, civibus Londinensibus reliquit. Egregie cordato et humanissimo inspectori nosocomii hujus, D° *Willby*, et benignitati liberalitatique D[i] Prof. *Wheeler*, senis venerabilis (cujus viridi senectute utinam longe gaudeant filii sui, viri optimi, amabilesque sui nepotes) gratias hîc referre ante omnia debemus. 500 lecti in hoc aegrorum palatio in 4 aedificiis, per paria sibi e regione oppositis, ita ut duo 13, duo 15 fenestris in singula e duabus contignationibus gaudeant, per 12—14 in singulo cubili aegris strati sunt. In singulum aegrum 2 Shill. 7 Den. fere per diem impenduntur e librarum circiter 3000 reditu, quô hoc nosocomium gaudet. Mirum sane, quod hîc audivimus: legibus nempe in Britannia vetitum esse civibus terras per testamentum nosocomiis tradi, nec licere nosocomiis ipsis terras suo peculio coëmere. Attamen, si hodierni Britanni praeclara exempla D[i] Benj. *Kenton*, qui anno 1780. nosocomio huic 5000 ℔, D[i] *Whitbread*, qui anno 1798. 1000 ℔, virginis Johannae *May*, quae anno 1809. 3000 ℔ nosocomio

huic dono dederunt, sequuntur, haud ita facile aegri hîc recepti aut esurient, aut frigebunt. Medici hîc 3 sunt, totidem Chirurgi, totidem Assistentes et 2 Alumni. Sorores 26 (vestimentis caeruleis vestitae), 2 vel 3 nutricibus (fusco indutis) sibi adjunctis, aegris inserviunt sub matrona et vigilantissimo indefessi inspectoris oculo, qui quam plurima ex eo, quo tempore adest, in meliora vertit, et pro sua humanitate adhuc vertet *).

---

*) Numerus aegrorum in nosocomio St. Bartholomaei erat:

Anno 1822: 9969 { intra nosocomium 3015. / extra nosocomium 6954.

277 inde mortui: 1 e 39 fere si omnes aegros respicis; 1 vero e 10 fere, si illos tantum, qui intra domum.

Anno 1823: 9343 { intra nosocomium 2725. / extra nosocomium 5618.

269 inde mortui: 1 e 34,7 fere, si omnes; si vero illos tantum, qui intra domum, 1 e 14. Syphiliticos 80 hîc invenimus, quorum 40 viri.

Diaetae Schema in hoc nosocomio sequens: *Febricitantium* seu *tenuis* (Thin or Fever Diet): quotidie jusculum e lacte; 6 unc. panis; 1 Lb. lactis cum Tapioca, Arrow-root, Sago vel Oryza, uti videtur medico; Decoctum hordei. *Diaeta lactea*: eadem uti praecedens, nisi quod panis unc. 12, lactis Lb. 2. *Diaeta ex jusculo* (Broth-Diet): jusculum lactis, 12 unc. panis; 2 Lb. jusculi carnis; 1 Lb. cerevisiae; 1 unc. butyri: et haec quotidie. Diaeta ex carne: die ☉: jusculum lactis, 12 unc. panis, 6 unc. vervecinae aut bubulae, 1 Lb. jusculi carnis cum Solano tuberoso aut Brassica Rapa; cerevisiae Lb. 2 viris. Lb. 1 feminis; die ☽ idem; die ♂ jusculum lactis, 12 unc. panis, 6 unc. bubulae, solana tuberosa, rapae, 1 unc. butyri, cerevisiae Lb. 2 viris, Lb. 1 feminis; die ☿ et ♃ ut die ☉; die ♀ ut die ♂. Die ♄ ut die ☉.

Etiam in hoc nosocomio praelectiones publicae habentur, et quidem a DD. Joh. *Abernethy* in Anatomiam sani et aegroti corporis per trimestre, quotidie: in cursu I. solvantur necesse est 5 Lb. 5 Shill.; in II., 4 Lb. 4 Shill.; in III., 3 Lb. 3 Shill.; his absolutis auditor domi alumnus fit (pupil), in quem etiam solutis 10 Lb. illico recipitur. *Idem* quoque praelectiones habet in Theoriam et Praxin chirurgicam bis per septimanam: pro trimestri 3 Lb. 3 Shill., pro semper 5 Lb. 5 Shill. solvuntur. Demonstrationes et exercitationes anatomicae instituuntur a D. *Edw. Stanley*, Chirurgo assistente in hoc nosocomio: 3 Lb. 3 Shill. pro singulo cursu. Praelectiones in Theoriam et Praxin medicam a DD. *Clemente Hue*, M. D., ter de septimana: pro singulo cursu 4 Lb. 4 Shill., pro duobus cursibus 6 Lb. 6 Shill., pro semper 7 Lb. 7 Sh. solvuntur. *Ejusdem* et D. *Jacobi Lowe Wheeler* praelectiones in Chymiam generalem et pharmaceuticam, ter per septimanam in I.

Minus, sed haud minus elegans, nosocomium illud St. Georgii est, Nobilium praecipue Britannorum subscriptionibus in pauperum solatium sustentatum. Hujus Patronus Regis ipsa Majestas est, cum RR. CC. Ducibus York, Cumberland, Sussex, Cambridge, Gloucester, Clarence. Licet pro 200 tantum aegris hîc lecti strati sint, ab anno tamen fundationis nosocomii hujus, 1733., ad annum 1823. haud minus quam 256146 salvati inde exiere. Anno 1823. in eodem decumbebant 1786 aegri; medicamenta inde petebant 2971 (Out-Patients). Ex illis mortui 167, unus e 17,8. Ex his sanati 1227, levati 603, sed 497 „ne gratias quidem egere, licet plures sanatos fuisse constet". Dirissimum ergo vitium, ingratum animum, non in Continente tantum, sed etiam in Britannia invenies. Reditus nosocomii hujus anno 1823. fuit 10457 ℔ 9 Den., impensae inde 8307 ℔ 18 Shill. 3 Den., quarum pro medicamentis solis 1803 ℔ 1 Shill. 5 Den. Medicamenta ergo pro singulo aegro 8 fere Shillings (4 fl. 28 cr.) *)

---

cursu, 4 Lb. 4 Shill.; in II., 3 Lb. 3 Shill.; pro semper 8 Lb. 8 Shill. honorantur, et *Ejusdem* in Materiam medicam: 2 Lb. 2 Shill. Etiam clinicae hîc praelectiones habentur, et in artem obstetriciam, mulierum infantumque morbos legunt DD. DD. *Rob. Gooch* et *Conquest*, I. et II. cursu 3 Lb. 3 Shill.; III. et IV. 2 Lb. 2 Shill. Elegans in hoc nosocomio theatrum anatomicum, sed longe perfectius curis *Wheelerorum* laboratorium chymicum, et elegantissima collectio medicamentorum, quae nosocomio huic sequenti ratione comparantur. Invitantur, si medicamentum quodcunque deficere incipit, mercatores omnes primores urbis, ut, adscripto a se pretio, specimina articuli quaesiti nosocomio mittant. His coram commissione solertissime examinatis, illa denique eliguntur, quae optima simulque minimo pretio constant.

*) Medici hujus nosocomii sunt: DD. DD. *Pearson*, *Nevinson*, *Young*, *Chambers*; Chirurgi: L. Baro *Everard Home*, *Rob. Keate* Equ., *B. C. Brodie* Equ., *G. W. Ewbank* Equ., et Assistens *D. Home*, *Henr. Jeffreys* Equ. Pharmacopola: D. *Gray* et Assistens D. *Hutchins*. Etiam hîc praelectiones habentur, quibus, si per 6 menses assistere cupit tiro medicus, 12 Lb., chirurgicus vero 15 Lb. solvat necesse est; per annum 20 Lb.; pro semper 50 Lb. Junctum huic nosocomio Telesphori fanum est, (Convalescent Charity of St. George's Hospital), in quod 131 Lb. 12 Shill. impendebantur anno 1823., quarum 44 pro itinere aegrorum.

Ut pretium rerum anno 1823. Londini in nosocomio pro 1786 aegris consumptarum innotescat (extranei enim non nisi medicamenta hîc petunt) schema sequens expensarum exhibebimus:

Aliud, quod visitavimus, Nosocomium Middlesexense (*Middlesex-Hospital*) est, 200 aegris in 12 cubilibus paratum. Fundatum est anno 1756., et Majestate Regiâ patrono gaudet cum pluribus aliis e principibus Britannorum *). Ab anno 1812. ad 1823. in eodem 16301, et extra medicamentis suis 18081 fuerant curati. Anno 1792. D. *Whitbread* cubile pro feminis cancro laborantibus fundavit, et anno elapso 1823. Lord *Seymour* cubile novum, 1000 ℔ exstrui curavit. Jam olim Marchio ab *Hartford* 1000 ℔, D[a]. *Lucy* 1000, D. *Forbes* 1500, D. *Edwards* 1715, D. *Henr. Hope* 3750, D. *Carol* 2222 ℔ dono huic nosocomio dederunt, quibus aliisque quam plurimis donationibus et subscriptionibus annuis, receptus ordinarius anni 1823. ad 4892 ℔ 6 Shill. 6 Den., extraordinarius ad 8179 ℔ 9 Shill. 2 Den. fuerat auctus. Interea tamen, cum hoc anno expensae ordinariae 6384 ℔ 14 Shill. 3 Den. fuissent, desunt 1492 ℔ 7 Shill. 9 Den. Anno 1822. in hoc nosocomio 1609 aegri curati fuerant; extra idem vero medi-

	L.	Sh.	D.
Caro	600	4	8
Panis, farina, oryza	595	18	—
Lac	290	2	—
Cerevisia	272	2	—
Porter	75	11	9
Farina spissior (Meal)	12	6	—
Caseus et Butyrum	62	18	—
Aromata	82	4	—
Pisces, Vegetabilia, Butyrum recens, et quae Matronae relicta	138	3	7
Pro linteis lavandis	157	17	—
Refectio aedificii	607	10	9
Typographis	121	14	10
Medicamenta	1803	1	5
Instrumenta	113	6	6
Varia	20	13	10
Solana tuberosa	67	4	—
Candelae et Sapo	74	6	—
Carbones	598	12	—
Nutricum victus	307	4	6
Salaria	840	12	3
Gratificationes	157	1	—
Collectori	66	18	—
Lintea lectorum et mobilia	184	18	—
Novi lecti	593	16	6
Nova lintea et lectorum vela	270	18	—
Sollicitatori	94	2	6
Vinum	138	18	6
Lampades et ecclesiastica	65	4	3

*) Festa fundationis nosocomiorum in Britannia plerumque prandiis solemnibus celebrantur, ad quae patroni et gubernatores invitati largis muneribus nosocomio subveniunt. Sic in ultimo prandio solemni, quod in festo fundationis nosocomii hujus celebrabatur, Regia Majestas dedit 105 Lb., Dux Northumberland et Lib. Baro Pepys uterque 100, aliique ad 386 Lb. usque strenam hanc auxere. Gubernium vero ipsum a singulo nosocomiis facto legato 10 p. C. abradit pro aerario.

cis et medicamentis ejusdem 5920: in summa: 7529. Anno vero 1823. intra domum 1916; extra eandem 3744: in summa: 5660. Pretium medicamentorum erat anno 1822. 546 ℔ 1 Shill.; ergo pro singulo ex 7529 aegris 1 Shill. 5 Den. circiter; anno vero 1823. 613 ℔ 1 Shill. 10 Den., hinc in singulum ex 5660 aegris pro medicamentis impendebantur 2 Shill. 4 Den. Syphiliticos eâ, quâ adfuimus die, 16 invenimus, quorum 9 viri. De mortalitate vero nil expiscari potuimus *). Quantum sit paro-

*) Medici hujus nosocomii sunt: DD. DD. P. *Mere Latham*, H. *Herbert Southey*, *Guil. Macmichael*, *Sam. Merriman*; Chirurgi: DD. Equ. *J. Joberns*, *Rich. Cartwright*, *Carol. Bell* (*). Adest praeterea commissio 15 medicorum. Praelectiones in Theoriam et Praxin Medicinae habentur a DD. *Southey* in I. cursu, 4 Lb. 4 Shill., in II., 3 Lb. 5 Shill. honorandae Tanti in Chymiam a D. *Wood*, ter per septimanam; *Ejusdem* praelectiones in Materiam medicam et Pharmaciam ter de septimana 2 Lb. 2 Shill. veniunt pro cursu singulo. DD DD. *Merriman* et *Ley* in Obstetriciam et morbos mulierum infantumque praelectiones habent quotidie, cursu I. et II. 3 Lb. 3 Shill.; in III. 2 Lb. 2 Shill. Praxis medica in nosocomio constat, pro mensibus sex, 10 Lb. 10 Shill., per annum 15 Lb. 15 Shill.; pro semper 21 Lb. Alumnus pro 6 mensibus solvat 15 Lb. 15 Sh.; pro 12, 21 Lb.; assistens chirurgus 31 Lb. 10 Sh.

Cum 2 annorum impensae in ultimo nosocomii hujus nuntio indicatae sint, ex eodem hîc easdem transscribimus.

Impensae ordinariae	1823.			1822.		
Numerus aegrorum intra domum	1916.			1609.		
extra domum	3744.			5920.		
	5660.			7529.		
Medicamenta	613 Lb.	1 Sh.	10 D.	546 Lb.	1 Sh.	0 D.
Spiritus vini	148 ,,	9 ,,	0 ,,	115 ,,	10 ,,	0 ,,
Lintea carpta	61 ,,	10 ,,	0 ,,	70 ,,	10 ,,	0 ,,
Pro deligatione	119 ,,	4 ,,	0 ,,	127 ,,	7 ,,	10 ,,
Instrumenta chirurgica	63 ,,	13 ,,	0 ,,	60 ,,	8 ,,	0 ,,
Fila pro vinciendo	6 ,,	0 ,,	0 ,,	4 ,,	10 ,,	0 ,,
Sanguisugae	76 ,,	3 ,,	6 ,,	65 ,,	5 ,,	0 ,,

(*) Vir hic eximius amplissimum possidet Museum anatomico-pathologicum in great Windmillstreet eodem loco, quo olim Museum div. Guil. Hunter, quod nunc Glasgoviae decus est. Ultra 10000 praeparatorum hîc tum in Spiritu vini servata, tum cerâ gypsoque efformata aut icone (pingit enim elegantissime cls. Bell, ut olim div. Cheselden) conservantur, eorumque fructuosissimus existit catalogus. Supellex haec amplissima inservit praelectionibus in Anatomiam, Physiologiam, Pathologiam et Chirurgiam, quas D. C. Bell in great Windmillstreet quotidie singulis trimestribus I., 5 Lb., II., 4 Lb., III., 3 Lb., vel 10 Lb. pro semper pro Anatomia, pro Chirurgia vero 3 vel 5 Lb. pro semper absolvit. Pro dissectionibus anatomicis solvantur 3 Lb. necesse est pro singulo cursu. His praeest D. Shaw, cujus humanitati debuimus admissionem ad Museum hocce elegantissimum.

parochiarum quarumdam Londinensium incrementum ex illius, in qua nosocomium Middlesexense situm est, Statistica apparebit *). Anno 1801. numerus parochialium St. Mary le Bone erat 63982; ao. 1811. vero 75434; ao. 1822. 96000: 41386 viri, 54654 feminae in 10000 domibus. Aestimatio pro pauperibus (Poor-rate) hîc est 1 $^1/_2$ Shill. per ℔; inde lucratio 41316 ℔ 2 Shill. 1 Den., et, cum aliis receptibus, 43680 ℔, unde 43218 in pauperes impensae.

Nosocomium, quod ex omnibus londinensibus nobis felicissimo situ, ad finem urbis orientem versus, gaudere, plurimumque ad regulas architecturae nosocomialis, praecipue quod

Impensae ordinariae	1823.			1822.		
	Lb.	Sh.	D.			
Coria	40	15	0	26	2	0
Vitra	18	2	0	11	18	0
Portatoribus	62	6	6	66	16	0
Refectiones 719 Lb. 9 Shill. 0 Den. / Mobilia 155 „ 4 „ 6 „	874	13	6	503	15	0
Mobilia pro ministris	13	19	6	7	13	0
Stragula lectorum etc.	107	2	6	193	18	6
Pro lavandis linteis	314	6	4	274	8	1
Matronae impensa 57 Lb. 2 Sh. 3 $^1/_2$ D. / Nutricibus extraordinariis 82 „ 12 „ 10 „	139	15	1 $^1/_2$	105	19	6
Vinum et vinum adustum pro aegris	220	4	0	117	9	0
Caro	517	19	0	454	17	0
Panis	411	19	0	441	2	0
Lac	277	13	6	244	10	0
Caseus et Butyrum	142	17	6	149	0	0
Cerevisia (Small beer)	139	18	0	148	0	0
Aromata, farina avenae, Hordeum	88	5	0	162	3	6
Carbones	384	10	0	261	17	0
Candelae, Oleum, Sapo	152	12	6	121	8	0
Salaria annua	842	1	6	782	8	2
Collectori	143	11	0	141	13	0
Typographis	163	9	1	139	8	10
Vespilloni	42	2	6	58	0	0
Solana tuberosa	42	1	6	50	14	0
Horto	1	18	0	5	1	3
Secretarii impensae	5	14	5 $^1/_2$	6	12	4
Ecclesiastica etc.	16	2	11	13	19	10
Pro 367 puerperis in domibus suis	91	15	0	89	10	0

*) An account of the principal charitable institution of the Parish of St. Mary le Bone. By Mad. Adele du Thon. 8. Lond. 1823. by J. Murray, Albemarle Street.

pneumaticam, hydraulicam et pyrotechnicam *) partem respicit, passim in aliis nimis neglectam, exstructum esse videtur, Londinense est (*London Hospital*). Fundatum fuerat 15ª Octobris aî. 1752. a L. B. *Peter Warren*, classis praefecto, (Admiral) et ao. 1759. in solatium aegrorum apertum, pro quibus nunc semper 270 -- 500 lecti parati prostant in cubilibus 13, ita ut 16 ad 30 lecti sint in singulo. Singulis cubilibus soror cum 2 -- 3 nutricibus praeest. Olim, ab ao. 1740., sub nomine London-Infirmary in Magdalene Row, parvulum erat institutum. Ab ao. 1759. in hac domo non minus quam 584845 aegri curati fuerunt. Licet receptus, ut aîunt fixi, nosocomii hujus ab ao 1806. ad 1823. a 2840 ℔ ad 7475 aucti sint; licet largissimis muneribus, (a Tall, Pettison, Scratton Graiestyn, Hart, Gidion, Magens, Marley, Du Greyle, Holden, Pyke, Mosely, Hopkins, Hygens, Melish, Bruikshaw, Payre, Portens, Coper, Gough, Hawes, Forbes, Dª Lucia Price, a singulis 1000 ℔, Holland 1125 ℔ (10000 Rupies), 1175 ℔ a Niemen, 1657 a Smith, 1747 a Winchester, 1800 a Michell, 2000 a Dry, Williams, Elisa Holmes, Thenton, Hamond: singulis; 2460 a Dª Byrd, 3000 a Massu, 3065 a Latour, 5000 a Dª Elis. Bailey, Twyman, Hayes: singulis; 6000 a Devereux Bowley et 10000 ℔ a Joanne Baker ao. 1818.) auctus nosocomii hujus thesaurus; tamen societas virorum honestorum subscriptione annuâ huic nosocomio adhuc subvenit eâ ratione, ut usura 5 p. C. intacta per saeculum permaneat, unde e 100 ℔ fient 261002: his sane, ut nunc commodum satis, sic elegantissimum olim erit nosocomium. Ao. 1822. pro 2037 aegris intra et 5407 extra domum 8926 ℔ 3 Shill., ao. 1823. pro 2018 aegris intra et 4751 extra domum 8926 ℔ 3 Shl. impensae fuerunt: in singulum intra domum pro sustentatione 1 ℔ 9 Shill. circiter; pro medicamentis in singulum intra domum et extra, 3 Shill. fere. Ao. 1822. a 2037 aegris mortui 219 i. e. unus e 9, 3. Ao. 1823. a 2018 vero 255, i.

*) Continuo hîc 700 Gallons (2500 Lb.) aquae vapore calefactae ita, ut per dies 2 calidae permaneant, sub tecto paratae sunt ad balnea etc.

e. unus e 7, 9: mortalitas media e duobus annis 1 ex 8, 6. In hoc nosocomio non recipiuntur infantes annum 7um non egressi (nisi ob fracturas, pro amputationibus, lithotomia), gravidae, vesani, aut morbillis, scarlatinâ, variolis, scabie aut morbo syphilitico *) laborantes, aut in phthisi confirmata positi, aut a medicis chirurgisve insanabiles dicti **).

---

*) Vidimus tamen syphiliticos hîc aliis intermixtos.

**) Diaeta in hac domo solemnis haec est: Diaeta communis (Common Diet) quotidie: 1 ½ Lb. Cerevisiae pro viris, 1 Lb. pro feminis, et 12 unc. panis; pro jentaculo quotidie farina cum aqua (gruel); pro prandio, die ☉, 8 unc. bubulae torrefactae (beef baked); die ☽, 8 unc. vervecinae cum Oryza et Solano tuberoso elixatae; die ♂, 8 unc. Solani tuberosi et jusculum cum vegetabilibus; die ☿, 8 unc. bubulae. Die ♃ ut die ☽; die ♀ ut die ☿, die ♄ ut die ♂. Pro coena quotidie 1 Lb. jusculi carnis (Broth). *Diaeta media* (Middle Diet) eadem ac communis, praeter quod loco unc. 8 carnis tantum 4 exhibeantur. *Diaeta tenuis* (low diet) quotidie 8 unc. panis; pro jentaculo farina cum aqua; pro prandio jusculum carnis; pro coena idem quod pro jentaculo prandiove. *Diaeta febricitantium* (Fever Diet): diaeta tenuis sine pane. *Diaeta lactea:* 12 unc. panis; pro jentaculo farina cum aqua; pro prandio 1 Lb. lactis, et totidem pro coena. *Diaeta judaeorum* (Jew's Diet): 4 Den. (12 cruc.) de die cum pane et cerevisia in I. et II. diaeta; sed nullum argentum in reliquis. Medici hujus domus sunt DD. DD. *Trampton*, *Robinson*, *Billing*; Chirurgi: DD. DD. *Guil. Blizard* (venerabilis ille senex!) *R. C. Headington*, *J. G. Andrews*, qui Praxin Nosocomiorum docent alumnos medicos, per 6 menses, pro 10 Lb., per annum pro 15 Lb.; chirurgicos vero per 6 menses pro 20 Lb., per annum pro 30. Illi Pharmacopolae 1 Lb., hi bibliothecario 1 Lb. debent. Super Theoria et Praxi medica legit DD. *Robinson* ter per septimanam I. cursu 4 Lb.; II. 3 Lb. Materiam medicam profitetur DD. *Billing* bis per septimanam, I. cursu 3, II. 2 Lb. In artem obstetriciam et morbos mulierum et infantum: D. *Ramsbotham* et D. F. H. *Ramsbotham* ter per septimanam, 3 Lb. In Chemiam generalem et pharmaceuticam Dr. *Gordon* ter per septimanam I. cursu 4 Lb., II. 3 Lb. In Anatomiam, Physiologiam et operationes chirurgicas: D. *Headington* quotidie, 3 Lb. *Idem* in principia et praxin Chirurgiae bis per septimanam. Anatomiam docet et demonstrationes anatomicas quotidie celebrat D. *Luke* in I. cursu 5, II., 4, III., 3 Lb. Demonstrationes separatim 3 Lb. solvuntur. Cadavera in hoc nosocomio minoris sunt pretii, quam nullibi in hac urbe, ubi plerumque singulum 10 Lb. solvatur necesse est; hîc 4 tantum constat. Sepeliuntur nempe mortui infaustissime intra nosocomii muros! Londini enim non ubique extra urbem funera exportantur, sed in medio urbis circa ecclesias adhuc inhumantur, ut nostris oculis vidimus anno millesimo octingentesimo vigesimo quarto post Christum natum! Museum anatomico-pathologicum nunc institui incipit in hoc nosocomio.

Cum hoc instituto venerabili aliud conjunctum est miserorum praesidium, (quale utinam vix non in omnibus aliis nosocomiis frustra desideraremus!) per quod nempe bonam valetudinem vitamque in nosocomio servatam tueri, eâque uti licet illis, qui e nosocomio dimittuntur pauperrimi et omni vitae adminiculo destituti. Miserrimis his, donec sibimet ipsis labore prospicere possunt, vestibus pecuniâque providet et necessaria porrigit Societas samaritana ao. 1791. fundata, recte, ut in nunciis suis annuis scribit, „nil actum reputans, si quid superesset agendum.“ Ao. 1823. non minus quam 405 ½ ℔ in solatium pauperum impendebat, e quibus 56 ℔ 7 Shill. pro fasciis hernialibus *) etc.

Nosocomium Westminstrense (*Westminster Hospital*) primum fuit inter omnia nosocomia londinensia, quod subscriptionibus annuis solis fundatum est ao. 1719. Ab hoc

---

*) Horrenda sane est quantitas herniosorum in Britannia, in cujus viris („calculo summis curis ducto“ ait Auctor T8 Charity Almanac pro anno 1825. p. 52.) *octavus* quisque herniâ laborat; in quibusdam regionibus Britanniae *quintus* quisque herniosus est. Tres Londini existunt societates herniosorum curis dicatae: altera societas Daraniana dicta, anno 1818. fundata in Pharmacopolio (Dispensary) No. 48. Berner's Street, Oxford Street; altera, cui ipsa Regia Majestas praeest, anno 1807. fundata, urbis londinensis societas pro fasciis hernialibus est, (*City of London Truss-Society*). Societas haec non tantum fasciis necessariis, pro quibus anno 1823. solvebat 1297 Lb., sed etiam operationibus indicatis a societatis chirurgo, D. *Taunton*, instituendis prospicit. Ab anno 1808. ad 1823. haud minus quam 37451 aegri hujus societatis adminiculo, quae 24383 Lb. 17 Shill. in eosdem impendebat, fuerant curati, quos inter 2300tis hernia congenita erat.

Fascias tulere

infra 10mum aetatis annum	. . . . . .	2758.
intra 10 — et 20um —	. . . .	1827.
— 20 — — 30 —	. . . .	3313.
— 30 — — 40 —	. . . .	5343.
— 40 — — 50 —	. . . .	5904.
— 50 — — 60 —	. . . .	5365.
— 60 — — 70 —	. . . .	3847.
— 70 — — 80 —	. . . .	1504.
— 80 — — 90 —	. . . .	155.
— 90 — — 110 —	. . . .	0.

Tertia est herniarum societas (*Rupture Society*) sub praesidio R. C. Ducis York anno 1805. fundata, eodem quo praecedens scopo.

anno usque ad 1824. ejusdem impensis 189336 aegri curabantur; ultimo elapso anno (1823.) 669 intra, et extra domum 2747. In 3416 aegros hoc anno curatos fuerant impensae $526\,^{1}/_{2}$ ℔ pro medicamentis: 3 circiter Shillings pro singulo; pro nutrimentis vero fere 1 ℔ in singulum intra domum. Numerum mortuorum non potuimus eruere. Nosocomium hocce proximis annis amplificabitur *).

Nosocomium londinense febricitantium (*London Fever Hospital*) ao. 1801. creatum fuit in commodum aegrorum typho et exanthematibus correptorum, quorum per 28 annos 4871 hîc recepti. Ao. 1821. admissi 355, e quibus 46 mortui, quorum vero plures moribundi adlati fuere; his in calculum receptis, mortuus 1 e 7, 7; iisdem vero missis, mortalitas typho correptorum fuit 1 e $13\,^{13}/_{19}$. E 75 scarlatina afflictis nullus occubuit. Donationes quibus hoc nosocomium gaudet, 12000 ℔ fere sunt; receptus annuus 600 ℔ fere est. In hos aegros 910 ℔ impensae fuerant; fere 3 ℔ in singulum. Nosocomium hocce elegantissimum et summis curis administratum medicis 4 commissum est **).

Occlusum quoque nosocomium intravimus (*Lock Hospital*) syphiliticorum valetudini dicatum. Fundatum fuerat ao. 1746., a quo ad 25^{am} Martii 1824. usque 37712 miseri in eodem curati. A 25^{a} Martii 1823. ad eandem anni 1824. recepti 339, extra domum curati 58. E 339 mortui 4, unus ex 84, 8 fere. In 37712 aegros impensae fuerant 155493 ℔ 14 Shill., in singulum 4 ℔ fere ***). Numerus aegrorum quo-

---

*) Medici hujus nosocomii sunt: DD. DD. G. L. Tuthill, W. M. Boyton, J. Bright; Chirurgi: DD. DD. Lynn, A. Carslile, B. White cum assistentibus duobus: D. Guthrie et G. W. Bewrike Lynn. Pharmacopola: D. Meyrick.

**) Medici hujus nosocomii sunt: DD. DD. S. Cleverly, J. Armstrong, P. Mackenzie, et C. Stranger: his ultimis tanquam assistentibus. Primus casuum ao. 1821. in suo nosocomio obviorum saluberrimam notitiam dedit in: 20th Report of the London Fever Hospital.

***) Diaeta plena (*Full Diet*) in hoc nosocomio pro jentaculo constat lacte aut farinâ cum aqua, aut infuso Salviae vel Balsamitae. Pro prandio die ☉: Pudding; diebus ☽, ☿, ♀ 1 Lb. carnis; reliquis 1 Lb. jus-

tidie in hac domo curatorum 60 et 70 inter ambigit: numerus virorum semper major quam feminarum. Regulae, quibus aegroti in hac domo adstringuntur, sanissimae et ubique imitatione dignae. Nullus aegrotorum secundâ vice in hoc nosocomium recipitur, in quo simul curae ethicae ratio debita habetur. Quô tutius citiusque haec absolvatur, junctum est cum hoc nosocomio

Asylum clausum (*Asylum of the Lock-Hospital*) recipiendis feminis ex occluso nosocomio dimissis destinatum et ao. 1787. fundatum: venerabile sane institutum, quo plures ad viam virtutis fuerant reductae. Ab ao. 1787. ad 25^{am} Martii 1824. recipiebantur in hoc Asylo 768 miserae, quarum 132 a cognatis resumtae, 248 servitium intrabant, 19 in asylo ipso mortuae, 13 hac die ($25^{\hat{a}}$ Martii 1824) remansere. Reliquae partim rus petebant, partim etiam relegatae ob morum perversitatem. Quaedam etiam fugae se dederant. His (768) servandis ab ao. 1787. ad 1824. haud minus, quam 22256 ℔ 12 Shill. fuerant impensae, i. e. 29 ℔ fere in singulam.

Splendidissimum omnium nosocomiorum londinensium bethlemiticum est (*New Bethlem Hospital*): elegantissimum aedificium, quod in fronte 580 pedes occupat, et 460 infirmis recipiendis par est. 100000 ℔ in palatium hocce (tale enim potius, quam hospitium insanorum videtur et extus et intus) impensae fuere. Et haec omnia solis bonorum civium fundationibus et subscriptionibus; gubernium enim, praeter parcam ad sustentationem criminalium, qui mente capti sunt et hîc curantur, summam necessariam, ne hilum quidem contribuit. Aedificium hocce ao. 1812. a D° *Lewis* inchoatum est: olim in Moorfields erat, eodem quo regia Galliae regum (Chateau des Tuilleries) stylo exstructum; at non sufficiebat amplius

---

culi carnis. Coena e jusculo lactis, butyro vel caseo. Per diem 12 unc. panis et 2 Lb. cerevisiae dilutioris (Smallbeer) cuivis exhibentur.

Medicus instituti hujus est DD. G. F. *Chambers*; Chirurgus pro consiliis est: Equ. J. *Pearson*; Chirurgi sunt: Equ. *P. Macgregor*, J. *Babbington*, et horum Assistentes *Jac. Briggs* et *R. B. Walker*.

recipiendis aegris. Ratio insanorum sanabilium ad insanabiles ut 623 : 149 = 4 : 1 fere; sanatorum ad non sanatos, ut 142 : 630 (sanati nempe 142 e 772, 1 e 5, 4); virorum ad feminas ut 333 : 439, fere ut 1 : 1, 3. Mortui ao. 1822. e 388 erant 13 : unus e 29, 8 fere; ao. 1823. e 384 vero 8 : unus e 64; mortalitas e 2 annis : unus e 36, 7. 9[a] Septembris, quâ nosocomium hocce visitavimus, invenimus in eodem 204 aegros : 102 mares et totidem feminas. Ex his sanabiles mares 26, feminae 34; criminales mares 44, feminae 12 *).

---

*) Numerum et classificationem horum, an infortunatorum? (sunt enim plures ex illis fortunatissimi) ad normam in hoc instituto receptam hîc subjungimus.

Remanserunt ab ao. 1821. inclusis commeatum datis . . .		*Anno 1822.*			*Anno 1823.*	
Sanabiles	viri	30	90	ab ao. 1822.	33	103
	feminae	60		. . .	70	
Admissi	viri	55	165	. . .	57	145
	feminae	110		. . .	88	
			255.			248.
Dimissi sanati	viri	22	66	. . .	21	72
	feminae	44		. . .	51	
— non sanati . . .	viri	11	43	. . .	15	49
	feminae	32		. . .	34	
— huc non spectantes	viri	14	27	. . .	11	19
	feminae	13		. . .	8	
— petitione amicorum	viri	0	5	. . .	1	4
	feminae	5		. . .	3	
— commeatum . .	viri	5	18	. . .	8	16
	feminae	13		. . .	8	
— mortui	viri	5	11	. . .	4	5
	feminae	6		. . .	1	
Remansere 31â Decbr. 1822.	viri	28	85	1823.	30	83
	feminae	57		. . .	53	
			255.			248.
Non sanabiles.						
Remanserunt ab ao. 1821. .	viri	31	71	. . .	31	70
	feminae	40		. . .	39	
Admissi	viri	1	2	. . .	1	6
	feminae	1		. . .	5	
			73.			76.

Medicus hujus nobilis instituti Dom. D. *Wright* est, vir humanissimus, et cujus in nos benignitati publicas debemus gratias. Systema panopticum, (quod in sic dicto Poenitentiario londinensi receptum fuit) in construendis aedibus insanorum curae dicatis praeplacet viro huic experientissimo; nobis, pace tanti viri dictum sit, systema Parisiis in sic dicta Salpetrière probatum, ubi infirmi sub Dio, si illis placet, versari possunt, sub quibusdam immutationibus praeplaceret. In Bethlem non nisi sub porticu tecta, licet ampla, exceptis horis,

---

Non sanabiles.		Anno 1822.			Anno 1823.	
Dimissi sanati	viri	0	2	. . .	1	1
	feminae	2		. . .	1	
— huc non spectantes	viri	0	0	. . .	6	6
	feminae	0		. . .	0	
— petitione amicorum	viri	1	1	. . .	0	1
	feminae	0		. . .	1	
— commeatum dati	viri	1	1	. . .	1	2
	feminae	0		. . .	1	
— mortui	viri	0	0	. . .	0	3
	feminae	0		. . .	3	
Remanserunt 31â Decembris	viri	30	85	. . .	24	62
	feminae	39		. . .	38	
			73.			76.

Criminales.						
Remanserunt ab ao. 1821. .	viri	45	55	ab ao. 1822.	45	53
	feminae	10		. . .	8	
Admissi	viri	2	5	. . .	2	7
	feminae	3		. . .	5	
			60.			60.
Dimissi sanati	viri	1	4	. . .	2	2
	feminae	3		. . .	0	
— non sanati . . .	viri	1	1	. . .	0	0
	feminae	0		. . .	0	
Mortui	viri	0	2	. . .	0	0
	feminae	2		. . .	0	
Remanserunt 31â Decembris.	viri	45	53	. . .	45	58
	feminae	8		. . .	13	
			60.			60.

horis, in quibus in hortum haud ita amoenum descendunt, deambulare possunt. In latere altero hujus porticus cubilia sunt pro infirmis: cuique suum cum lecto puro bonoque, tabula, sella. Immundis stramen sternitur in sponda. Insanabiles a sanabilibus sollicite remoti: furiosis vincula nulla, *) nisi cogens tunica (Gilet de force). In conventu vivunt omnes, unâ eâdemque mensâ pransitantes, cultris et fuscinulis ex osse paratis. Officinae, in quibus quisque assueto opificio incumbat, si mente integrâ redeunte redit et laboris amor, hîc, ut fere ubivis in nosocomiis insanorum, desunt. Non tamen deest occasio exercendi corpus. Robustiores aquam antliâ in aula positâ sub tectum aedificii levant, ubi in receptaculis amplis in peculiarem summeque laudabilem usum asservatur, mundatum latrinas. Ubi enim, sive ad urinam sive ad alvum deponendam quisque intrat, aperiendo portam, cum haec fune conjuncta sit cum assula, quae receptaculum aquae sub tecto claudit, hanc tollit, et aquam magno rivo descendere per tubum jubet in alveum, in quem excrementa deponuntur, atque hunc, oblique posi-

Remanserunt ergo ab ao. 1821.				Ab ao. 1822.	
	Sanabiles . .	90	216	103	226
	Insanabiles . .	71		70	
	Criminales . .	55		53	
Admissi	sanabiles . . .	165	172	145	158
—	insanabiles . .	2		6	
—	criminales . .	5		7	
			388.		384.
Dimissi modo ut supra	sanabiles . . .	152	162	165	181
—	insanabiles . .	3		14	
—	criminales . .	7		2	
Remansere inclusis commeatum datis	sanabiles . . .	103	226	83	203
—	insanabiles . .	70		62	
—	criminales . .	53		58	
			388.		384.

*) Dolemus atrium splendidum palatii hujus statuis furiosorum vinculis catenisque detentorum esse defiguratum: horrorem tristissima simulacra haec intrantibus incutient, quibus spe leni potius demulcendus animus esset.

tum, eluendo mundat; his vero ab intrante denuo depositis, ubi, dum exit, iterum aperitur porta, eâdem, ut prius, ratione aqua in alveum irruit, eundemque nitidissime expurgat. Nullum omnino in latrinis hisce odorem percepimus, licet frequentissimae fuissent eâ, quâ intravimus, die aestuosâ. Vastae hae porticus et cubilia numerosissima solo aëre calido hyeme calefiunt.

Alterum curationi insanorum dicatum nosocomium illud St. Lucae est (*St. Luke's Hospital*) in regione urbis τῳ Bethlem plane contraria positum: vastissimum iterum aedificium, 493 pedes in fronte superans, sed longe minus elegans, quam Bethlem, et quidquam carcerarii prae se ferens, fenestris ad tres quartas partes altitudinis clausis. Fundatum fuerat hoc nosocomium anno 1751., paucis tunc adhuc benefactoribus et subscribentibus; nunc vero quam plurimis et largissimis donationibus gaudet: plures ex optimis civibus 100 -- 600 ℔, Equ. Rich. *Cooke*, F. *Craiestyn*, F. *Byrd*, Edw. *Holden*, Th. *Shewell*, Dª Maria *Samborne*, Dª Maria *Bourne*, Dª Maria *Misenor*, Rich. *Chester* 1000 ℔ dederunt singuli; D. *Strode* dedit 1155 ℔, Rich. *Wicking* 1794 ℔, *Jennin Dry* Equ. 2840 ℔, Nicol. *Nixon* 2000 ℔, Comes *Godolphin* 4000 ℔, Andr. *Highstriet* Equ. 5000 ℔, et multum honorabilis D. Thom. *Clarke*, Equ. aur., Master of the Rolls, 31800 ℔ huic nosocomio dono dedit. His ultra 150000 ℔, praeter vastum aedificium ao. 1786. pro 300 circiter insanis, impensis 55000 fere ℔ exstructum, nosocomium hocce nunc gaudet. Numerus insanorum in hoc refugio receptorum ab anno 1751. ad Februarium anni 1823. erat 13797, e quibus 430 insanabiles. E 13367 sanabilibus visis dimittebantur sanati: 5576 (1 e 2, 4 fere); non sanati: 4779 (1 e 2, 8 fere); mortui: 1078 (1 e 12, 4); ab amicis recepti: 370; dimissi ob cognatorum incuriam: 4; dimissi tanquam improprii: 4; quia ex aliis similibus institutis non sanati dimissi: 5; quia jam per annum ante introitum dementes: 4; quia non insanus: 1; quia syphilitici: 7; quia serius gravidae inveniebantur: 42; remanserunt in domo: 178. Insanabiles: in domo 107; ab amicis recepti: 57; sanati: 14; dimissi ob amicorum incuriam: 4; tanquam improprii: 3;

mortui 245 (1 ex 1, 7 fere). Anno 1823. in aegros impendebantur 7631 ℔ 2 Shill. 6 Den.; receptus fere 9000 ℔ est *). Nonnisi pauperes insani hîc recipiuntur, qui nondum per annum integrum maniaci sunt, nec ex aliis similibus institutis dimissi fuere; qui non epileptici vel hebetes (idiots), vel morbis syphiliticis affecti; non recipiuntur gravidae aut morbis aliis graviter afflicti, nec infantes ante 12., nec senes post 70. annum. Pro singulo aegro 3 ℔ solvendae; si vero aeger pauper parochialis (a parish poor) tunc 6 ℔ solvantur necesse est. Cautio praeterea 100 ℔ deponenda de reducendo aegro, si ita juberet commissio. Pro insanabilibus solvuntur 6 Shill. per septimanam. Numerus medius insanabilium in hac domo 115, sanabilium virorum 110, feminarum 153. Structura domus ipsius fere eadem, quae in Bethlem, sed minus lucida minusque grata.

Visitavimus quoque Hospitium pro accidentali variola et vaccinatione, (*Hospital for the casual Small Pox and for Vaccination*) nosocomio febricitantium vicinum, in quo, dum in infimo tabulato a D. Prof. *Wheeler* fuerat celebrata (quae quotidie hîc fieri solet) vaccinatio, in superiore ab eodem 11 aegri variolis naturalibus infecti curabantur. Mirabamur hanc instituti hujus normam a regulis nostris in continente prorsus alienam: attamen nullius momenti esse hanc vicinitatem variolae cum vaccina asserebat D. *Wheeler!* Interea numerus correptorum variolis major est Londini, quam alibi. Ab anno fundationis domi hujus, 1746., ad annum usque 1823. in eadem 22794 variolis laborantes curati fuere. Anno 1821. (quô Londini adhuc 826 variolis mortui sunt) in hac ipsissima domo decumbebant variolis 138, occumbebant inde 34 (1 e 4 fere); anno 1822. haud minus, quam 194, unde 53

---

*) Medicus instituti hujus, qui bis tantum per septimanam aegros visitat, est D. Sutherland; chirurgus: D. J. Dunston; Pharmacopola: D. J. Thomas; sed commissio medicorum (committee) amplissima est e DD. DD. Maton, Babington, Clutterbuck, Blegborough, Bree, Walshman, Birkbeck, J. B. Davis, Dav. Davis, Blundell, Addison, Armstrong, Abernethy, Brown, Addington, B. C. Brodie, B. Travers, Alcock, B. G. Davis, Stanley, Dendy, Calloway, Grainger, Gale, Arnot, Martin.

mortui (1 e 3, 7 fere); anno 1823. adhuc 151, e quibus obiere 35 (1 e 4, 3 fere), ut sit mortalitas media 3 annorum 1 e 4 fere. *). Variolis in hoc instituto inoculati fuere ab ao. 1746. ad annum usque 1822. (in quo 30ª Junii legibus vetita fuit insitio variolarum) 48062 **). Vaccina insita fuit in hac domo ab anno 1799. ad annum 1823. 58423bus- (ao. 1821. 2422; 1822.: 3346; 1823.: 3129.) Insitio vaccinae hîc plerumque puncturis 3 fit a Dº *Low Wheeler*, instituti hujus chirurgo, Pharmacopolâ et inspectore (cujus humanitate sincerissimas gratias debemus): catalogus insitorum et revisio pustulae die 8ª omni curâ instituitur. Medicus instituti hujus est DD. G. *Gregory*. In 194 variolosos anno 1822. in hoc nosocomio decumbentes et 3346 vaccinatos, 1152 ℔ impensae; medicamenta constabant 13 ℔; ergo 1, 3 Shill. in singulum variolosum impendebantur. Praeter elegans (anno 1777. constructum) aedificium instituti hujus, in cujus cubilibus nitor summus splendet, 25000 ℔ in ejusdem thesauro paratae jacent ***).

---

*) Quanto beatiores nos in Bavaria, qui pestiferum hunc morbum per plures jam annos plane ignoramus in patria nostra! Hanc vero incolumitatem legibus nostris saluberrimis (etiam in Britannia laudatis) debemus, quas olim, sub faustissimo patriae sidere, in hunc morbum tulit vir artis peritissimus et legum medicinalium prudentissimus, D. Sim. de Haeberl, M. D., Equ. C. B., cujus semper honos nomenque laudesque manebunt.

**) Ab ao. 1802. ad annum 1808. adhuc in hac domo haud minus quam 10611 variolis inoculabantur, e quibus 10 mortui.

***) Quatuor adhuc similia instituta Londini sunt:
1) London Vaccine Institution, fundata ao. 1806., a quo tempore ad annum 1824. per institutum hocce Londini Vaccina insita fuit 185235; in provinciis 484693. Receptus e subscriptionibus erat 11830 Lb.; expensae 11917 Lb. Vaccina in hoc instituto gratis distribuitur per omnem Britanniam a DD. *Walker*. 2) Vaccine Pock Institution (fundata anno 1799). In hac DD. G. *Pearson* vaccinam certo pretio vendit; insitio ipsa vero fit gratis. 3) The Royal Jennerian Society. Ex hoc instituto vaccina in colonias britannicas mittitur a Dº *Johnstone*. 4) National Vaccine Establishment. Institutum sub ipsius gubernii praesidio. Ex instituti hujus nuncio dd. 21ª Mart. 1823. videmus in Ceylon ao. 1821. vaccinam insitam fuisse 90000; in Fort William 20149; in Bombay 22478; in Britannia vero ipsa per vaccinatores stationarios (ut aiunt) instituti hujus ao. 1818.: 5490; ao. 1819.: 7874; ao. 1820.: 6054; ao. 1821.: 6627; ao. 1822.: 8230; in summa: 34275. Praeter hos in Britannia, exceptâ metropoli, annis iisdem: 327521. Modicus nimis sane numerus.

E plurimis puerperarum solatio dicatis institutis londinensibus*) illud, quod generale vocant (*General Lying-in Hospital*, olim *Westminster Lying-in Hospital*) unicum fuit, quod visitare potuimus: parvum, sed elegans, institutum, summo munditiei studio a benevola Matrona *Wright* gubernatum. Pauperum uxores, lapsas etiam, sed primâ tantum vice, innuptas, tum suo sub tecto recipit, tum suis obstetricibus et Chirurgis Me-

---

*) Horum, ratione temporis fundationis:

I. est britannicum (*British Lying-in Hospital for married women*) ao. 1749. fundatum pro uxoribus pauperum. Primis decem a fundatione annis e 42 parturientibus in hoc instituto receptis moriebatur una; ex infantibus 15 vero 1; ultimis nunc decem annis moriebatur puerpera 1 e 216, et infans 1 ex 92. Anno elapso aedificium reparatum fuit.

II. illud urbis londinensis (*City of London Lying-in Hospital*) ao. 1750. fundatum pro pauperum uxoribus. Ab hoc anno ad 1am Januarii 1824. in domo hujus instituti, vel per suas obstetrices, liberatae fuerant 28227 uxores, quarum 336 geminos, 2 vero trinos peperere. Inde pueri nati: 14868; puellae: 13719; 850 hos inter asphyctici erant. Ao. 1820. liberatae fuerant 291 (4 geminis); et ex his una tantum mortua. Impensae fuerant in eas 2002 Lb., 7 fere Lb. in singulam. Nulla infecta hîc recipitur. Ante partum in hac domo 1 Shill. 6 Den. pro singula die solvuntur. Medici hujus instituti sunt: DD. *Sayer Walker*; adjutor partus: D. G. T. *Conquest*, Chirurgus: W. *Lucas*.

III. illud Reginae (*the Queen's Lying-in Hospital*) fundatum ao. 1752.

IV. Lying-in Charity for delivering poor married women at their own habitations; institutum, cujus curis uxores pauperum in domiciliis suis liberantur. Fundatum ao. 1757., a quo ad annum 1824. usque ultra 255000 puerperae liberabantur: ao. 1823. solo numerus earumdem erat 5667. Impensae per annum 2000 circiter Lb. sunt.

V. Institutum benevolum. (*Benevolent Institution*) eodem, quo praecedens, scopo. Sumptibus hujus instituti ab ao. 1780. ad 1824. ultra 80000 puerperae liberatae fuerunt.

VI. The ladies benevolent institution pro uxoribus pauperum Israëlitarum fundata ao. 1812. a Da *Rothschild*. Medicus hujus instituti est Dr *Granville*.

VII. Central Lying-in Charity and Dispensary for females. Fundata fuerat ao. 1816. Medicus hujus instituti est D. DD. *Davis*.

VIII. The ladies Lying-in Charity of St. Andrew's Holborn. Eodem scopo, ut No IV. Medici hujus instituti, quorum ope ultra 1000 uxores pauperum liberatae fuere, ab ao. fundationis, 1818., sunt: DD. *Uwins* et *Temple*, DD. *Eyles*, *Hall*, *Wigham*.

IX. Royal West-London Infirmary and Lying-in Institution. Mixtum quoddam institutum, in quo ab anno fundationis 1819. ad annum 1824. aegri, claudi, puerperae, peregrini et infantes pro insitione vaccinae recipiebantur 14135, e quibus mortui 240 (1 e 58,9 fere). Medici

dicisque in illarum domiciliis iisdem subvenit. Fundatum fuerat anno 1765. et largis muneribus dotatum, quae inter illa D. Abel Worth et D^ae Stevensen, (1000 ℔ utrumque) D. Russel, qui 4000, D. Harris, qui 5000 ℔ dederat, notavimus; interea tamen caput rei, numero miserarum quotannis aucto, vix sufficit, et dimidia pars domi vacua remanere debet. *) Numerum mortuarum et partuum artificia-

---

instituti hujus sunt: DD. G. *Shearman*, *Golding*; Chirurgus: Ds *Pettigrew*. Electricitas administratur a Do *Toplis*. Praelectiones medicae hîc quoque habentur.

X. The united institution of London and Westminster; eodem scopo, quo No IV., et etiam curandis infantibus dicatum. Fundatum fuit anno 1822. Medicus instituti hujus est DD. J. *M'Donell*; Chirurgi sunt: DD. G. *Jawet* et J. *Boyle*.

XI. Newman-Street Lying-in Charity.

Praeter haec alia adhuc sunt instituta, in quibus puerperis pauperum sub ipso puerperio succurritur, quale:

a) The Dorcas Society. (*Acta Apostol. IX. 39.*) Fundata haec societas ao. 1813. Uxoribus pauperum in puerperio argentum distribuitur. (270 puerperis 110 Lb.)

b) The Ladies benevolent Society; fundata ao. 1813. Matronae, quae hujus societatis membra sunt, puerperas pauperes ad minimum bis in puerperio visitant, et lintea, sacra biblia etc. dono dant. Medicus est DD. *Ramsbotham*. Anno 1822-23. in 135 puerperas 170 Lb. 17 Shill. fuerant impensae.

c) The Mother and Infant's Friend Society (intra limites Parochiae St. Swithin.)

d) Tottenham Lying-in Society. Lintea necessaria pro puerperis pauperum earumque infantibus in commodum dantur per mensem, et 11 Shill. pro nutrice; totidem pro nutrimento dono exhibentur. Infectis tantum argentum distribuitur. Haec succurrendi methodus passim per Britanniam nunc solemnis est.

*) Anno	1813	intra domum liberatae	279	extra	323:	in summa 601.
,,	1814		283	,,	371	654.
,,	1815		281	,,	501	782.
,,	1816		286	,,	615	901.
,,	1817		286	,,	703	989.
,,	1818		292	,,	799	1091.
,,	1819		321	,,	845	1166.
,,	1820		268	,,	954	1222.
,,	1821		302	,,	1087	1389.
,,	1822		232	,,	1235	1467.

Medici obstetricantes sunt DD. Rob. Gooch et Hugh. Ley; Chirurgi: Andr. Matthias et W. N. Sandiford.

lium frustra quaesivimus. Puerperis in doloribus partum insequentibus Laudanum liqu. Sydh. ad guttas 15 -- 30 exhibetur. Diaeta 4 primis diebus ex thea et farina cum aqua cocta; jusculum carnis 5^{a} tantum die conceditur sub pulsu non ultra 80 per primum minutum cum frustulis quibusdam carnis. Cerevisia 10ma tantum die permittitur. Infans post 12 horas mammis admovetur; 48 horis post partum, sive alvus soluta, sive clausa fuisset, purgans exhibetur, quod ter quaterve eandem solvat; subsequentibus diebus bis; die 5^{a} vestibus induta lecto incumbit, sed sedere ante dies 7 vetitum; in inflammationibus intestinorum ad animi deliquium usque emittitur sanguis, quod animi deliquium per quadrantis horae spatium fovendum esse hîc praecipitur! dein exhibentur pulveres Jamesii.

Praeter nosocomia haec alia adhuc Londini sic dicta *Hospitia* sunt, quale fundatum a Carolo II. Hospitium Scotorum (*Scottish Hospital*). Anno 1823. per mensem 278 individuis auxilium ferebatur; 273 familiae in Scotiam remittebantur etc. Hospitium navigatorum (*Seamen's Hospital*) fundatum anno 1821. Nosocomium hocce in navi quadam, Grampus dicta, in Deptford-Creek instructum est, et 110 circiter aegros continet. Species quaedam contumaciae est navigatorum, qui aegri foris adveniunt. Ab anno 1821. ultra 1900 navigatores hîc suscepti fuere. Mirum sane opem in navi praeferri illi, quae in domibus longe commodius et dari et accipi posset. — Hospitium regium pro balneis marinis (*Royal Sea bathing Infirmary*). Fundatum fuerat anno 1796. in Margate. Pro nutrimentis solvuntur 5 Shill. per septimanam! E 448 aegris curati fuerunt 39, levamen tulere 222; mortui inde 5 (1 ex 89 fere). — Asylum pro reconvalescentibus (*Asylum for the recovery of health*), in imitationem sic dictarum domuum sanitatis (*maisons de santé* in Gallia); fundatum pro pauperibus anno 1820. Medici sunt: DD. DD. *Moton* et *Harrison*; Chirurgi: DD. R. *Keate*, B. C. *Brodie*, R. *Gatcombe* Eqq. — Humanissima illa Humana Societas (*Royal Human Society*) anno 1774. instituta, adhucdum in revocandis e morte miseris indefessa est. Anno 1823. e

144 asphycticis restituit 129. Feminae 23 sibi mortem dare tentavere, et viri 11: incolumes hos esse jussit societas haec humana, suisque reddidit: 3 tantum feminas salvare non potuit. Receptus hujus anni erat 1852 ℔ 8 Shill.; impensae 1730 ℔ 12 Shill. Post prandium festi anniversarii illi, qui hoc anno per hanc societatem servati fuere, numero 129, eidem sese praesentabant ambientes tabulam gratias salvatoribus ferentes. DD[is] *Williamson*, *Birthwistle*, *Field*, *Roome* nummus memorialis major ob cives suâ industriâ servatos oblatus fuit. Distribuit societas haec gratis instructionem methodi, quâ in revocandis ad vitam asphycticis utitur, locisque, ubi submersiones plurimum solennes, suos homines suosque apparatus semper paratos habet. Ab anno 1774. ad annum 1824. revocavit a morte societas haec 5200 individua, et 21000, qui in servandis aliorum vitis propriae periculum fecere, merîtâ mercede remuneravit.

Sunt alia Londini adhuc morbis specialibus dicata nosocomia vel instituta, quale:

a) Regium metropolitanum nosocomium infantum (*Royal Metropolitan Infirmary for Sick-Children*) ao. 1820. memoriae principissae Carolinae dicatum. Medici hujus instituti sunt: DD. DD. A. B. *Granville*, R. *Maclead*, Joh. *Webster;* Chirurgi: A. *Copland*, *Hutchinson*, G. *Money*, R. W. *Bampfield*. 7000 infantes circiter in hoc instituto curantur.

b) Institutum pro auferenda gratis Cataracta (*Institution for the gratuitous cure of Cataracta*) sub directione D. *Stevensen*, Ophthalmiatri et Otiatri, qui etiam in oculorum aurisque anatomiam et morbos praelectiones habet.

c) Regium Westminstrense nosocomium ophthalmicum (*Royal Westminster Infirmary for diseases of the eye*). In hoc instituto ab anno fundationis ad annum 1823. 6920 aegri auxilium invenerunt, e quibus 163 cataracta auferebatur. Anno 1823. admissi fuerant: 1444. Medicus hujus instituti est DD. *Forbes*, Chirurgus: D. G. J. *Guthrie*.

d) Institutum ophthalmicum londinense (*London ophthal-*

ophthalmic Infirmary, or London Infirmary for curing diseases of the eye). 2000 circiter aegri quotannis hîc curantur. In morbos oculorum a medico hujus instituti, D° *Lawrence*, praelectiones publicae habentur.

e) Institutum ophthalmicum generale Kentianum et Surreyanum (*Kent & Surrey general Eye Infirmary*). Eodem, quo praecedens, scopo. Medicus est DD. S. *Sims*; Chirurgi sunt: E. *Grainger*, et S. *Reinolds*.

f) Regium institutum ophthalmicum (*The royal infirmary for diseases of the eye*). Fundatum anno 1804. Chirurgus ophthalmiater: H. *Alexander*. A 26ª Martii 1805. hîc curati fuere 32400; inde sanati, aut cum levamine dimissi, 30250; insanabiles fuere 888; 1262 remanserunt in cura. Durante hac periodo operatio cataractae instituta in 1252, et quidem in 1174 cum successu: hos inter coeci a partu 122. Pupilla artificialis facta est in 59.

g) Regium institutum morbis auris dicatum (*Royal Dispensary for the diseases of the ear*). Fundatum anno 1816. a quo, ad annum 1823. usque, 2720 surdi aut aurium morbis laborantes in eodem curati. Medicus instituti hujus est D. D. *Sims*; Chirurgus: D. J. *Curtis*.

h) Asylum pro surdis et mutis (*Asylum for the deaf and dumb*.) Fundatum anno 1792.

i) Institutum curandis glandularum morbis cancroque dicatum. *Institution for the cure of glandular and cancerous diseases*). Fundatum anno 1820. Chirurgus: D. C. *Aldis*.

k) Asylum curandis scrofulis cancroque dicatum (*Asylum for the cure of Scrofula and Cancer*). Fundatum anno 1822. Cum morbus hic in Britannia, praecipue in metropoli, satis frequens, remedium Dⁱ *Whitlaw* in hoc asylo experimentis subjiciebatur. Ex 87 aegris 45 levati. Quidam afflictus per 10 annos, spatio 4 mensium, remedio Dⁱ *Whitlaw* sanatus fuisse dicitur.

l) Institutum pro asthmaticis, phthisicis ali-

isque pulmonum morbis laborantibus (*Infirmary for the Asthma, Consumption and other diseases of the Lungs*). Ab anno fundationis 1814. ad annum 1824. ultra 6000 aegris, nunc 200 circiter per septimanam, tum consilio, tum medicamentis auxilium subministratum est. Dolent membra instituti hujus exiguâ donationum suarum summâ vasto aegrorum numero suppetias, quas dare cupiunt, ferre non posse. Clinicae in hoc instituto praelectiones habentur in morbos pulmonum.

Praeter haec tam multa tamque laudabilia instituta in solatium pauperum aegrorum, alia adhuc supersunt haud minus laudanda, in quibus pauperibus aegris tum in domiciliis suis medicorum consiliis, Chirurgorum operâ et medicamentis succurritur, tum iis, qui nondum tam graviter affecti sunt, ut obambulare possint, in ipsa instituti aede, (in qua quotidie, die Dominicâ exceptâ, certis horis Medicinae Doctor, Chirurgus et Pharmacopola praesens eosdem exspectat), consiliis medicamentisque auxilium fertur. Institutis his per omnem urbem dispersis plurimum fit boni; jugulantur non raro morbi in ipsis suis principiis, et praepeditur, ne nosocomia ipsa nimio aegrorum affluxu in pestiferas domus convertantur. Haec quoque instituta (quae Dispensaries dicuntur) solis τῶν φιλανθρώπων subscriptionibus et donationibus sustinentur: neutrum ex illis gubernio ne hilum quidem debet. Horum antiquissimum est:

1) The General-Dispensary in Aldersgate-Street, fundatum anno 1770. a D. D. *Lettsom*. Ab hoc anno ad 1am Martii 1824. in eodem haud minus quam 177209 aegri curati fuere, e quibus mortui 5345 (1 e 33, 1 fere). Ab anno 1823. ad 1824. curati fuere 4673, e quibus mortui 48 (1 e 49 fere). Hoc anno receptus fuerat 948 ℔rum, 14 Shill., 4 Den., e quo impensae 715 ℔, 5 Shill.; seu 3 Shill. circiter in aegrum singulum. Anno 1779. D. *Clarke Winchester* 1747 ℔ instituto huic dono dedit. Medici hujus instituti sunt: DD. DD. H. *Clutterbuck*, J. *Birkbeck*, W. *Lambe*; Chirurgi: *Arthur Lloyd*, G. *Compson*; Pharmacopola: J. *Pereira*.

2) Westminster General Dispensary. Fundatum ao. 1774. Quotannis hîc 3000 aegrorum circiter curantur.

3) Turrey Dispensary. Fundatum anno 1777. Ab hoc anno ad 1809. ultra 92000 aegri in eodem auxilium inveniebant.

4) London Dispensary. Tres hîc medici aegrorum curam gerunt.

5. Finsbury Dispensary. Fundatum anno 1780. Medici: DD. DD. H. *Lidderdale*, Th. *Hancock*; Chirurgus: G. *Macilwain*.

6) Public Dispensary. Fundatum anno 1783. Ad annum 1808. usque 53000 hîc curati.

7. St. Mary le Bone Dispensary. Fundatum anno 1785. Ab hoc anno 56480 aegri hîc curabantur. Ab anno 1785. ad 1821. aegrorum 54774 suscepti, inde mortui 508 (1 e 107); 17 circiter in domiciliis suis visitabantur; 5368 puerperae erant. Medici 2 et 12 obstetrices huic instituto adjuncti.

8) City Dispensary. Fundatum anno 1789. Primis 20 annis 27334 aegri curabantur.

10. Universal medical Dispensary. Fundatum anno 1792. Hîc etiam balnea pro aegris parata.

11) The universal medical-Institution. Fundatum anno 1792. Ab hoc anno ad 1807. ultra 1409 aegri in hoc instituto curati.

12. Bloomsbury Dispensary. Fundatum anno 1801, a quo ad annum 1809. usque 8500 aegri curabantur.

13) Royal universal Dispensary for Children. Pro infantibus pauperum fundatum anno 1816. Per 7 hîc annos curati 46321 infantes. Medici sunt: DD. DD. J. B. *Davis*, J. *Copland*; Chirurgi: DD. J. A. *Gilham*, G. C. *Dendy*.

14) St. George's and St. James's Dispensary or the general Dispensary. Fundatum anno 1817. Medici sunt: D. E. *Ashe* et D. E. *Gregory*; Chirurgus: S. D. *Broughton*; Artis obstetriciae M., T. A. *Stone*.

15) Eastern Dispensary. Medicus hujus instituti, in quo ultra 66556 aegri admissi. DD. *Southwood Smith*.

16) Northern Dispensary.

17) Chelsea and Brompton Dispensary.

18) Islington Dispensary. Hujus medici: DD. J. A. *Gordon*, M. B. *Coxie*; Chirurgi: E. R. *Ellerby*, G. *Kington*.

19) The charitable Fund and Dispensary. Impensae annuae 200 ℔.

20) London electrical Dispensary. Impensae annuae 150 ℔.

Scire sane interesset, quae sit ratio mortalitatis nosocomiorum londinensium ad mortalitatem ipsius metropoleos *), sed haec neque ex impressis nosocomiorum nuntiis annuis (quibus hîc saepissime usi sumus), quia saepius de mortalitate silent, nec ex mortuorum in urbe catalogis, Londini adhucdum imperfectis, erui potest. Nondum enim metropoleos hujus Europae frequentia (quam plures nunc 1500000 hominum esse affirmant) accuratius numerata est: numerari enim Britanni aegre tolerant „jam domiti, ut pareant, nondum ut serviant **).“ Neque numerus aegrorum in nosocomiis curatorum cum numero incolarum comparari potest, quia deest comparationis ratio. Unicum illud, quod ex computatione 100000 casuum magnâ quâdam probabilitate scimus, hoc est, quòd homo in Britannia

aetate minore 20 annorum	aegrotet per	0,3797	septimanas per annum.
á 20° aetatis anno ad 30um	— —	0,5916	— — — —
a 30° — — — 40um	— —	0,6865	— — — —
a 40° — — — 50um	— —	1,0274	— — — —
a 50° — — — 60um	— —	1,8806	— — — —
a 60° — — — 70um	— —	5,6337	— — — —
supra 70um	— —	16,5417	— — — — ***)

Coronidis loco conspectum nosocomiorum parisiensium hîc subjungemus ex Compte sommaire *). Cum ve-

*) Haec facilius determinatur Parisiis, ubi ao. 1823. moriebantur suis in domibus: 15273 (viri 7176; feminae 8097), in nosocomiis: 8227 (viri 4049, feminae 4178), milites in nosocomiis: 661 (quos inter 2 feminae); in carceribus: 72 (viri 29, feminae 43); mortui inventi: 267 (viri 213, feminae 54). Nati in domibus parentum: 21840 (quorum 4882 spurii); in hospitiis: 5230 (quorum 4924 spurii).

**) Tacitus in vita Jul. Agricolae. ed. Elzevir 1634. p. 721.

***) Confer Highland Society's Transactions. Vol. VI. in Edinb. Philos. Journ. 1824. p. 169.

*) Administration des hôpitaux, hospices civils, secours à domicile, direction des nourrices de la ville de Paris, et enfans trouvés du département de la Seine. Compte sommaire de l'exercice 1822 au 31 Mars 1823. 4. Paris. 15 pag. 31 tabl. In

ro in eodem nosocomiorum militarium in Val de grace et Cohortis praetoriae nulla ratio habita sît, quae in iisdem notavimus, praemittere nobis liceat.

In Nosocomio Vallis gratiae (*Val de grace*), quod olim coenobium fuerat, cubilia 8 spatiosa vidimus singulatim 74 spondis ligneis instructa. Omnia hîc munda puraque. Calefiunt 7 horum cubilium furnis solitis: unum aëre calido. Plerumque 500, subinde 7 — 800 hîc milites aegroti decumbunt; ita ut unus e 15 — 20 militum, qui Parisiis in praesidio sunt, huc deferatur aegrotus: plerumque hîc 200 syphilitici. Moritur ut plurimum 1 e 19 in hoc nosocomio, subinde per plures menses 1 e 49. Undecim hîc vidimus, eô, quô nosocomium hocce visitavimus, die variolis decumbentes, e quibus nullus mortuus est. Aeger singulus constat per diem circiter 32 Sous. Lintea methodo D[i] *d'Arcet* vaporibus lavantur. Horreum omnium nosocomiorum militarium in hac aede est, quam vero Calottini nunc vindicare sibi cupiunt. Medici hujus nosocomii sunt: DD. DD. *Broussais*, *d'Amiron*, (qui nos benignissime excepit cuique gratias debemus publicas pro sua in nos humanitate), *Coutanceau*, *Pierre*; Chirurgi: DD. DD. *Barbier*, *Duvivier*, *Fleury*, *Devergie*. Pharmacopolae sunt: DD. *Odibert*, *Robert*, *Aubry*. Adsunt praeterea 2 chirurgi adjuncti (Aides majors chirurgiens), 25 subadjuncti (sous-aides), 25 supernumerarii. In Pharmacopoea etiam 2 adjuncti (aides-majors) et 12 subadjuncti adsunt. Museum anatomico-pathologicum hîc col-

---

Consilio generali administrationis nosocomiorum, sub cujus auspiciis ratio haec reddita fuit, nomina Comitis de Chaptal et L. B. Delessert (M. Cam. Deput.) praecipue fulgent: ille Chymicis, hic (Gallorum Lambert) Botanicis praecipue carus. Ex administratoribus Dom. Péligot summâ reverentiâ et pietate colere nobis datum fuisse, gratulamur nobis: res sacra enim viro huic probo miser est, in cujus Bibliotheca ultra 1200 libros de nosocomiis editos, amplissimam Mss. de nosocomiis gallicis, plura volumina in Fol. sistentium, collectionem, cum vasto delineationum nosocomiorum omnium gentium typorumque rerum ad usum nosocomiorum spectantium thesauro, admiravimus. Utinam omnium, quibus sors curam nosocomiorum confidebat, aequo, ac Parisiensis Péligot, ardore in miserorum solatium animus. --- Receptus omnium nosocomiorum et hospitiorum parisiensium ao. 1822. fuere 9'849,652 Fr. 94 Cent., impensae 9'705,689 Fr. 26 Cent., quibus curati in aedibus hisce 80,696, domi 54,371.

ligere incepit D. D. *Devergie*, quod, licet secundo nunc tantum anno institutum, plura majoris momenti praeparata exhibet. Vidimus hîc casus plures morbi syphilitici cerâ elegantissime effictos a D° *Dupont*, qui etiam exanthemata quaedam cerâ nitidissime expressit. Appendix nosocomii hujus in suburbio St. Antonii (Fauxbourg St. Antoine, rue piquepuce) est, in quo scabiosi curantur, et syphilitici, si hîc forte nimis abundant, mittuntur.

In nosocomio cohortis praetoriae virum, quem vir sui saeculi maximus dicebat „honestissimum", Lib. Bar. de *Larrey*, reverenter salutavimus, et pluries ordinationibus operationibusque suis ad lectos aegrorum interfuimus. Duces et saucii in cubilibus propriis aedificii decumbunt, separati ab aegrotis, quibus cubilia 6 amplissima, singulum pro 38 lectis, dicata. Numerus aegrorum quotidie 500 — 525 circiter. Aegrotat e cohorte praetoria fere 44tus. Moritur 1 e 22 ad 25. Constat aeger singulus 40 Sous per diem. Medici hujus nosocomii sunt: DD. DD. *Reignoult*, *Gasc*, (cui pro sua in nos humanitate obstrictissimi sumus), *Cornard*; Chirurgi: DD. DD. L. *B. de Larrey*, *Poirçon* et 2 adjuncti. Infirmarii hîc non e militibus petiti. Culina elocata. Novus pro nosocomiis militaribus gallicis ordo paucis, ante quam Lutetiam deseruimus, diebus decretus fuit.

Visis nunc perscrutatisque vix non omnibus nosocomiis Amstelodamensibus, Londinensibus, Parisiensibus, ne forte vanae videamur gloriolae patriae studio nimium asserere dicentes: nos nullibi nosocomium vidisse melius Monacensi nostro, quale nempe ab utroque *de Haeberl*, medicis principibus, exstructum fuit; liceat subjungere: viros summos artis nostrae, et condendorum nosocomiorum probe gnaros, tum in Britannia tum in Gallia eadem plane nobiscum sentire. Quorum quidam, cujus nomen aequâ semper reverentiâ et pronuntiamus et conticemus, postquam, nescimus unde, intellexerat laudatissimum hoc olim nosocomium nunc in speciem arcae Noae fuisse commutatum: „miror", nos irridens ajebat, „Florae monacensis stipites, qui frui paratis sedibus nec valent ipsi, nec alios patiuntur."

ANTONIUS EKL,

MED. ET CHIR. DOCT., CONS. AUL., PROFESSOR PUBL. ORDIN., SECT. MED. P. T. DIRECTOR,

AD

DISPUTATIONEM

PUBLICAM

SINE PRAESIDE

PRO

SUMMIS IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORIBUS RITE OBTINENDIS

A

PRAENOBILI CLARISSIMO ET PERDOCTO VIRO AC DOMINO

JULIO HERMANNO SCHULTES,

VINDOBONENSI, BAVARO,

DIE XXVI. FEBRUARII MDCCCXXV

HABENDAM,

RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICUM, PATRES CONSCRIPTOS, OMNIUM ORDINUM PROFESSORES, CIVES ACADEMICOS, LITTERATOS DENIQUE, ET LITTERATORUM FAUTORES OMNI, QUA PAR EST, OBSERVANTIA INVITAT.

LANDISHUTHI BAVARORUM

TYPIS FRANCISCI SERAPHI STORNO.

Dissertatio inauguralis:

De nosocomiis quibusdam belgicis, britannicis, gallicis Commentariolum.

T h e s e s.

I. Absit a Medicina, quidquid τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ redolet; minime vero τὰ ἠθικὰ, utpote quae gignere tollereque morbos possint.

II. „Sine rerum naturae cognitione trunca et debilis medicina est.“

III. Galvanismus ab electricitate diversus.

IV. Objectorum figura in retina non inversa est.

V. Systema atomisticum dynamico longe praeferendum.

VI. Generatio aequivoca ipsa aequivoca.

VII. Systemata sic dicta naturalia lusus potius ingenii nugaeque eruditae, quam serium naturae studium.

VIII. In Oryctognosia characteres chymici externis longe praeferendi.

IX. Analysis aquarum thermalium, monente Dom. Cons. et Prof. M. D. Fuchs, etiam postquam hae aquae pro balneo inserviissent, instituenda.

X. Phaenomena pleraque tum physiologica, tum pathologica nonnisi ad leges chymicas explicabis.

XI. Anatomiam cerebri nemo magis, quam Jos. Gall, M. D. provexit, quidquid D. Serres etc. contra proferant.

XII. E structura corporis animalium haud ubique recte ad structuram corporis humani concludimus.

XIII. „Neque quidquam est stultius, quam quale quid vivo homine est, tale existimare esse moriente, immo jam mortuo.“

XIV. Anatomiâ pathologicâ plurimum in curandis morbis profecimus.

XV. In evolutione embryonis nulla metamorphosis.

XVI. In rebus physiologicis, quae hucusque nescimus, plura sunt, quam quae rite perspecta habeamus: et perspectorum utilitas in Therapia haud ita magna.

XVII. „Nihil concoquitur, sed cruda materia, sicut assumpta est, in corpus omne diducitur."

XVIII. Pathologia humoralis eodem jure gaudeat necesse est, quam solidorum.

XIX. „Eum recte curaturum esse, quem prima origo causae non fefellerit."

XX. „Non interest, quid morbum faciat, sed quid tollat."

XXI. Divisio functionum in animales, vitales et naturales haud ita stabili ratione nititur.

XXII. „Nec post remediorum rationem medicinam esse inventam, sed post inventam medicinam rationem esse quaesitam."

XXIII. Plures morbos diaetâ quam pharmacis tum praevertes, tum curabis.

XXIV. „Quod contra consuetudinem est, nocet, seu molle seu durum est."

XXV. Valetudo bona ob bonos mores, quos neque desidia neque luxuria vitiarat."

XXVI. „Majus studium literarum ut animo praecipue necessarium, sic corpori inimicum est."

XXVII. Signum per se neque ad diagnosin, neque ad prognosin quidquam valet.

XXVIII. Signorum intellectus sigillum medici.

XXIX. „Sunt quaedam proprietates hominum, sine quarum notitia non facile quidquam in futurum praesagiri potest."

XXX. Calomel remedium e perfidissimis et minime antiphlogisticum.

XXXI. A remediis novissimis: Morphio, Jodio, Chinina, Emetina etc. cavendum potius, quam iisdem utendum.

XXXII. „Non eadem omnibus, etiam in similibus casibus, opitulantur.“

XXXIII. Optimum sane foret, si, more Britannorum, Helvetiorum, Americanorum, quivis Medicinae Doctor sibi proprium haberet pharmacopolium.

XXXIV. Sulfuretum Stibii venale, et sulfur, quod praestare jubent Pharmacopoeae pleraeque, saepe merum venenum.

XXXV. Toxicologiâ recentiorum in praxi parum profecimus.

XXXVI. Partum praematurum artificialem commendare et docere vernaculâ linguâ, scelus atque flagitium.

XXXVII. Placentae solutio et expulsio post partum vix non ubique naturae relinquenda.

XXXVIII. Febris puerperalis genuina Boëri (ex utero) semper lethalis.

XXXIX. Taxis incaute tentata saepius mortis causam sistit in herniis incarceratis.

XL. Cancer haud ita saepe, ut vulgo creditur, affectio mere topica.

XLI. Caries ossium, hernia, fistula ani endemius haud raro morbus.

XLII. Extractio cataractae, ubi fieri potest, reliquis eandem operandi methodis longe praeferenda, utpote difficilior.

XLIII. Morbi oculorum plurimi non topici, sed universales sunt.

XLIV. Usus artificis sola tum methodi operandi, tum instrumentorum chirurgicorum trutina.

XLV. Praesentia individuorum e magistratu ad obductiones legales delegatorum prorsus inutilis, medico obducente jurato.

XLVI. In relationibus medicorum ad forum fides penes auctorem est.

XLVII. Veneficium a gastritide et enteritide non ubique facile distingues.

XLVIII. Morbi pecorum vix non omnes e cultu eorumdem sive neglecto, sive male intellecto.

XLIX. „Medicina est ars conjecturalis, neque respondet ei plerumque non solum conjectura, sed etiam experientia.“

L. Sunt quos nullâ ratione medendi facile trucidabis.

LI. Sunt quos nullâ ratione medendi salvabis.

LII. Sunt morbi, quos ne tangere quidem licet.

LIII. Si affirmas medendi scientiam plus emolumenti quam noxae generi humano attulisse, negabo; si contrarium, negabo iterum.

LIV. Typhus neque morbus exanthematicus neque contagiosus est, sed miasmate sui generis gaudet.

LV. Sunt et vesaniae quaedam contagiosae, v. g. Mysticismus, qui vera mentis scabies.

LVI. Nulla erysipelati fides habenda, ne levissimo quidem.

LVII. Lipothymiis natura saepius in commodum aegri utitur.

LVIII. Morbi cordis haud ita saepe in corde aegrorum, quam in cerebro medicorum.

LIX. „Sanguinem incisâ venâ mitti novum non est, sed nullum pene morbum esse, in quo non mittatur, novum est.“

LX. Morbus medicus saepissime epidemius, haud raro endemius, saepius lethalis.

Quaestio inauguralis:

D. Promovendi:

De nausea marina.

FREQUENTIA, MORTALITAS, DURATIO MORBI, IMPENSAE IN NOSOCOMIIS ET HOSPITIIS PARISIENSIBUS ANNO MDCCCXXII.

Nomina Nosocomiorum & Hospitiorum.		Numerus aegrorum. Ab anno 1821. remanent.	Numerus aegrorum. Anno 1822. receptorum	Mortalitas ex numero individuorum a 1ª januarii 1822. In nosocomiis decumbentium et hoc anno receptorum, diviso per numerum mortuorum. Adulti. Viri. 1 e	Adulti. Feminae. 1 e	Infantes. Pueri. 1 e	Infantes. Puellae. 1 e	In toto 1 e	Nosocomia egressorum (tam sanatorum quam mortuorum) diviso per numerum mortuorum. Adulti. Viri. 1 e	Adulti. Feminae. 1 e	Infantes. Pueri. 1 e	Infantes. Puellae. 1 e	In toto 1 e	Duratio Morbi. Adulti. Viri.	Adulti. Feminae.	Infantes. Pueri.	Infantes. Puellae.	In toto
Hôtel-Dieu		840	10689	7,76	5,89	:	:	6,82	7,28	5,47	:	:	6,37	26,30	27,97	:	:	27,02
Saint-Louis	Nosocomia	756	4818	19,10	15,80	5,80	7,66	16,78	16,52	13,32	5,53	7,41	14,43	57,14	69,81	17,13	16,88	60,31
Vénériens (hôpital)		427	2886	141,33	113,68	3,29	4,40	39,44	120,77	95,56	2,35	3,72	33,20	59,19	68,22	128,0	68,30	66,42
Pitié		477	4765	8,95	7,41	:	:	8,23	8,38	6,79	:	:	7,63	24,36	27,62	:	:	29,92
Charité		280	3520	6,61	5,75	:	:	6,38	6,15	5,22	:	:	5,90	27,91	37,67	:	:	30,25
Saint-Antoine		212	2752	8,30	6,13	:	:	7,30	7,67	5,57	:	:	6,70	29,28	35,23	:	:	31,57
Necker		107	1183	6,04	6,23	:	:	6,14	5,55	5,65	:	:	5,60	33,51	33,65	:	:	33,58
Cochin		85	1441	8,65	8,19	18,25	10,25	8,92	8,00	7,55	17,75	19,75	8,28	27,60	27,04	13,81	12,72	25,83
Beaujon		126	1689	7,52	4,64	:	:	6,23	6,93	4,18	:	:	5,70	29,59	42,05	:	:	33,68
Enfans Malades		407	2611	:	:	4,74	3,75	4,25	:	:	4,11	3,24	3,68	:	:	59,74	64,31	61,73
Maison royale de Santé		100	1744	6,42	5,21	:	:	5,94	5,96	4,95	:	:	5,57	23,76	23,64	:	:	23,72
Maison de Santé St. Jacques		30	310	103,33	:	:	:	103,33	95,66	:	:	:	105,33	44,83	39,68	:	:	44,36
Accouchement		170	4998	:	30,48	19,80	28,33	26,63[1]	:	28,29.	19,66.	28,10.	25,49	:	23,95.	3,28.	3,32.	14,29
Salpêtrière		4856	1696	:	6,68	:	:	6,68										35,15.
Bicêtre	Hospitia	2719	5999	5,61	:	:	:	5,61	Mortalitas hîc e numero dierum residentiae diviso per 365 dies & subdiviso per numerum mortuorum.									
Incurables, Hommes		406	199	5,16	:	:	:	5,16										
Incurables, Femmes		493	79	:	10,49	:	:	10,49										
Menages, Dortoirs		286	75	14,36	20,72	:	:	17,89										
Menages, Préau		363	78															
La Rochefoucauld		148	35	9,45	5,74	:	:	7,15										
Orphelins		336	643	:	:	:	:	:										
Sainte-Périne		164	37	5,22	14,11	:	:	7,65										

Nomina Nosocomiorum & Hospitiorum.	Impensae in singulos aegros quotidianae. In toto. Fr. Cent. Den.	in aedificia. Fr. Cent. Den.	administration. Fr. Cent. Den.	nutritionem. Fr. Cent. Den.	medicamenta. Fr. Cent. Den.	instr. et fascias. Fr. Cent. Den.	illust. et calef. Fr. Cent. Den.	mobil. et lintea. Fr. Cent. Den.	communia. Fr. Cent. Den.	per totum decursum morbi. Fr. Cent.	in singulos lectos. Fr. Cent.	Numerus medius lectorum occupatorum.
Hôtel-Dieu	2 01 71	: 14 17	: 25 38	: 82 80	: 15 72	: : 44	: 12 09	: 43 05	: 08 08	54 50	736 34	797
Saint-Louis	1 67 82	: 14 74	: 19 47	: 72 81	: 14 76	: : 67	: 18 46	: 16 78	: 10 13	101 21	612 49	792
Vénériens (hôpital)	1 36 73	: 11 85	: 18 30	: 53 47	: 11 63	: : 28	: 12 28	: 17 51	: 11 41	90 81	496 67	510
Pitié	1 63 31	: 32 28	: 12 65	: 55 28	: 11 63	: : 26	: 08 57	: 35 61	: 09 03	47 83	596 51	396
Charité	2 09 24	: 40 41	: 30 94	: 57 24	: 17 88	: : 83	: 16 61	: 34 26	: 11 07	63 29	763 78	291
Saint-Antoine	1 69 31	: 17 18	: 21 74	: 61 19	: 15 02	: : 32	: 13 33	: 29 51	: 11 02	53 45	619 :	235
Necker	2 10 39	: 42 62	: 18 89	: 62 99	: 21 40	: : 31	: 17 20	: 31 45	: 15 53	70 64	770 01	108
Cochin	1 67 18	: 09 24	: 22 99	: 74 50	: 21 55	: : 06	: 14 62	: 14 60	: 09 62	43 18	612 04	100
Beaujon	1 80 90	: 19 24	: 20 26	: 53 38	: 13 34	: : 28	: 12 89	: 50 90	: 10 61	60 92	661 08	153
Enfans Malades	1 19 87	: 11 85	: 18 12	: 45 14	: 10 20	: : 02	: 09 66	: 15 87	: 09 01	73 99	437 98	442
Maison royale de Santé	3 32 70	: 20 28	: 47 45	1 16 16	: 39 83	: : 85	: 37 86	: 55 27	: 15 :	78 91	1217 07	112
Maison de Santé St. Jacques	3 29 31	: 13 70	: 27 63	1 76 02	: 11 63	: : 20	: 49 24	: 24 90	: 25 99	146 08	1214 90	38
Accouchement	1 88 18[2]	: 11 54	: 24 :	: 81 69	: 06 19	: : 03	: 31 22	: 31 22	: 15 39	26 89	686 45[3]	305
Salpêtrière	: 72 07	: 05 17	: 04 85	: 42 :	: 01 25	: : :	: 02 30	: 10 71	: 06 62	62, 11.	263 09	4852
Bicêtre	: 76 08	: 05 39	: 05 34	: 41 61	: 01 69	: : 31	: 02 81	: 10 67	: 06 66		277 65	2697
Incurables, Hommes	1 20 93	: 05 60	: 09 49	: 63 65	: 01 75	: : 12	: 06 88	: 22 81	: 08 :		441 83	408
Incurables, Femmes	1 12 44	: 09 01	: 08 12	: 57 25	: 02 09	: : 69	: 05 15	: 20 41	: 07 53		410 01	515
Menages, Dortoirs	1 05 71	: 07 32	: 06 53	: 52 20	: : 19	: : 05	: 11 42	: 09 22	: 06 50		386 09	644
Menages, Préau												
La Rochefoucauld	1 34 08	: 20 29	: 13 47	: 62 35	: : 65	: : 07	: 07 87	: 20 63	: 08 42		490 52	150
Orphelins	1 36 15	: 12 80	: 12 72	: 43 46	: 01 17	: : 03	: 08 30	: 47 31	: 10 36		497 33	313
Sainte-Périne	1 87 08	: 22 15	: 15 43	1 05 95	: : 85	: : :	: 09 22	: 21 05	: 12 17		684 16	168

1 Mortalitas media I. calculi in omnibus nosocomiis 1 ex 8,42; II. 1 e 7,68; in hospitiis 1 e 6,67.

2 Mediae omnium nosocomiorum 1 Fr. 76 C. 72 D.
" " hospitiorum - " 84 " 58 "

3 Mediae singuli lecti in Nosocomiis 645 Fr. 04.
" " " " Hospitiis 308 " 77.

☞ COMPVTVM NVMERIS NON VBIQVE QVADRARE, PROTOTYPI EST.

In Clinico

		Scholae medicae		de la Charité	
Curati	1^a Januarii remanentes	26	518.	38	472.
	recepti anno 1822.	492		434	
Egressi	sanati	487	474.	350	435.
	mortui	17		85	

Constat aeger singulus per diem 1 Fr. 25 Cent. . . . 2 Fr. 50 Cent.
Duratio morbi . . 20 fere dies. . . . 30 fere dies
Mortalitas . 1 e 30,47 (hîc vaccinatur). . . . 1 e 5,5.